

UM

LOMATUM,

UM

ENSI

ICA

EPUTATOS

INVENTARIUM

OMNIUM ET SINGULORUM

PRIVILEGIORUM, LITTERARUM, DIPLOMATUM,

SCRIPTURARUM ET MONUMENTORUM

QUÆCUNQUE

IN ARCHIVO REGNI IN ARCE CRACOVIENSI

CONTINENTUR

PER

COMMISSARIOS

A SACRA REGIA MAJESTATE ET REPUBLICA

AD REVIDENDUM ET CONNOTANDUM

OMNES SCRIPTURAS IN EODEM ARCHIVO EXISTENTES DEPUTATOS

CONFECTUM

ANNO DOMINI MDCLXXXII

CURA BIBLIOTHECÆ POLONICÆ

EDITUM

LUTETIÆ PARISIORUM

TYPIS L. MARTINET, VIA MIGNON, 2

BEROLINI ET POSNANIÆ

APUD B. BEHR (E. BOCK)

MDCCCLXII

INVENTARIUM

INVENTARIUM

OMNIUM ET SINGULORUM

PRIVILEGIORUM, LITTERARUM, DIPLOMATUM,

SCRIPTURARUM ET MONUMENTORUM

QUÆCUNQUE

IN ARCHIVO REGNI IN ARCE CRACOVIENSI

CONTINENTUR

PER

COMMISSARIOS

A SACRA REGIA MAJESTATE ET REPUBLICA

AD REVIDENDUM ET CONNOTANDUM

OMNES SCRIPTURAS IN EODEM ARCHIVO EXISTENTES DEPUTATOS

CONFECTUM

ANNO DOMINI MDCLXXXII

CURA BIBLIOTECÆ POLONICÆ

EDITUM

LUTETIÆ PARISIORUM

TYPIS L. MARTINET, VIA MIGNON, 2

BEROLINI ET POSNANIÆ

APUD B. BEHR (E. BOCK)

1862

KILKA SŁÓW WYDAWCY.

Pierwszy Marcin Kromer z rozkazu króla, Zygmunta Augusta, i polecenia podkanclerzego, Jana Ocieskiego, metrykę koronną w zamku krakowskim ułożył i inwentarz jej spisał pod tytułem : *Publicarum regni polonici litterarum inventarium et breviarium*, *anno Domini MDLI* (1). W przedmowie do króla umieszczonej na początku tego dzieła powiada : « Zebrałem w krótkości treść każdego dokumentu i porządkiem lat ułożyłem, byś mógł jednym rzutem oka objąć prawa podległych berłu twemu narodów, poznać granice twego państwa, co do niego przybyło, co od niego odpadło, przeniknąć cele i zamiary sąsiednich monarchów, byś nakoniec wiedział w jakich przodkowie twoi zostawali z nimi stosunkach w pokoju lub wojnie, jakie zawarli z nimi przymierza.» Tego Kromerowego inwentarza, aczkolwiek starannie wykonanego, nie wypadało jednak przed innemi drukiem ogłaszać, dla tego że w nim zawierają się po większej części same tylko dyplomata tyczące się stosunków z obcemi państwy, że przy wielu z nich nie są położone przyobiecane w przedmowie lata, że nakoniec nie masz w nim dokumentów, które po Kromerze do archiwum przybyły.

(1) Znajduje się w bibliotece XX. Czartoryskich, w Paryżu.

W dalszych czasach odbywała się co kilkadziesiąt lat rewizya metryki koronnej, ale bez należytej znajomości rzeczy, pilności i dokładności. Wyznaczeni na ten koniec komissarze przestawali na gotowych już inwentarzach, które przepisując błędy poprzedników swoich powtarzali i swoje do nich dodawali.

Taki inwentarz sporządziła komissya wyznaczona roku 1681 przez króla Jana III, na mocy postanowienia ostatniego sejmu grodzieńskiego i uchwały posejmowej senatu tegoż roku. Oryginał jego dostał się niewiadomo kiedy i jakim sposobem do biblioteki watykańskiej. Oprócz niego są jeszcze cztery kopie : jedna w tejże bibliotece, dwie w byłej puławskiej, dziś w Paryżu, czwarta w Dzikowie : wszystkie pełne różnego rodzaju błędów. Z tych jedna, porównana w Rzymie z oryginałem i podług niego poprawiona, posłużyła do niniejszego wydania. Ale że i oryginał nie jest wolny od błędów, wydawca starał się takowe sprostować, jeżeli jaki dokument w innym zbiorze *in extenso* znalazł, który zaraz pod treścią jego wskazać nie zaniedbał. W tych zaś których gdzie indziej napotkać nie mógł, pewnie nie mało omyłek pozostało, mianowicie w imionach mniej znanych osób, wsi i miasteczek, których poprawić nie było tu sposobu. Dodał tylko niektóre objaśnienia historyczne, lata panowania papieżów, cesarzów, królów, xiążąt swoich i obcych, treść dokumentów porządkiem chronologicznym, na który komissya często względu nie miała, ułożył.

Mimo te pozostałe usterki, krótki ten zbiór świadectw historycznych posłużyć może za skazówkę do znacznej części dziejów polskich.

E. Rykaczewski.

Paryż, 29 listopada 1861 roku.

COMMISSIO SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS.

Joannes III, Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Litvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Volhyniæ, Kiioviæ, Podoliæ, Podlachiæ, Smolensciæ, Severiæ et Czernichoviæ.

Reverendo in Christo patri, Domino Stanislao Woieński, episcopo Camenecensi, generosis Martino Chomętowski Zarnoviensi, Paulo Stokowski Osviecimensi, castellanis, Martino Dembiński Sandomiriensi, Venceslao Lasocki Zakrocimensi, succamerariis, Joanni Lipski Sandecensi, Pereaslavienis, Czechoviensi, Francisco de Zakliczyn Jordan Dobczycensi, capitaneis, Stanislao Morsztyn, vexillifero Zatoriensi, Martino de Unichow Ustrzycki, dapifero Zakrocimensi, Stanislao Tęgoborski, pocillatori Novogrodensi, Andreæ de Zydow Zydowski, vice capitaneo Osviecimensi, Stanislao Zdanowski, notario castrensi Cracoviensi, Boguslao Rudzieiowski, pocillatori Braclaviensi, sincere et fideliter nobis dilectis gratiam nostram regiam.

Reverende in Christo pater, generosi et fideliter nobis dilecti.

Decretam alias per legem publicam, in comitiis Regni generalibus Grodnensibus commissionem, ad revidendum archivum in arce Cracoviensi existens, omnino ad effectum deducere volentes, quo majori cura, studio et diligentia perfici possit, Sinceritatibus et Fidelitatibus Vestris, de quorum industria, prudentia, fidelitate, ac in gerendis et exsequendis muneribus publicis dexteritate optime persuasi sumus, nunc ex consilio senatus postcomitiali, inhærendo consensui publico in proxime elapsis comitiis, ac in anterioribus Grodnensibus, sine ulla contradictione præstito, denuo committendum esse duximus, prout committimus præsentibus litteris nostris. Requirentes easdem, ut captato inter se certo die, et tempore opportuno, una cum magnifico thesaurario Regni, quem separatis litteris nostris de eadem commissione obdestinavimus, sive per se, sive per notarium thesauri, aut quempiam alium delegatum, ex vi officii præsente ibidem in arce Cracoviensi ad hunc actum, et tam in constitutione comitiorum Grodnensium destinatis, quam a Nobis superadditis commissariis conveniant, fornicem in quo archivum conservatur aperiant, scripturas omnes inibi contentas diligenter revideant, perlegant, connotent, in ordinem redigant, contenta magis necessaria compendiose selecta exprimant, si quæ sunt arrosa, et vetustate consumpta refici curent, destinentque per palatinatus, scrinia seu repositoria forment, atque inventarium et regestra ordinata singulorum, eorumque bina exemplaria manibus Sinceritatum et Fidelitatum Vestrarum subscripta, quorum unum penes, ac in ipso archivo Cracoviensi relinquant, alterum Varsaviam ad acta metrices Regni generalia cancellariæ majoris transmittant, atque ibi acticari

curent, tum et reliqua ex usu exigentia et necessitate, peragant et constituant. Tum quoque arcis nostræ Cracoviensis ædificia, muros, propugnacula videant, cognoscant, maxime vero portæ brevis, sicut Nobis relatum est, ruituræ, jacturam introspiciant, considerent, ac pro ea reparanda sumptus ex thesauro Regni non excedentes tamen summam trium millium florenorum polonicalium, pari diligentia et fidelitate exsequantur, pro gratia nostra et officiorum suorum debito, absentia unius, duorum vel plurimum ex Sinceritatibus et Fidelitatibus Vestris non obstante. In cujus rei fidem præsentes manu nostra subscriptas, sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ, die IX mensis augusti anno Domini MDCLXXXI, Regni nostri anno VIII.

JOANNES REX.

Christophorus TARANOWSKI,
Cracoviensis Varsaviensis canonicus.

ACTUM IN ARCE CRACOVIENSI IN CRASTINO S. MICHAELIS ARCHANGELI, DIE VIDELICET VIGESIMA NONA MENSIS SEPTEMBRIS ANNO DOMINI MILLESIMO SEXCENTESIMO OCTOGESIMO PRIMO.

Nos Stanislaus Woieński episcopus Camenecensis, Martinus Chomętowski castellanus Żarnoviensis, Joannes Lipski Sandecensis, Pereaslaviensis capitaneus, Andreas Zydowski vice capitaneus Osviecimensis, Boguslaus Rudzieiowski pocillator Braclaviensis, Martinus Ustrzycki dapifer Zakrocimensis, per rescriptum commissionis Sacræ Regiæ Mttis suprascriptum ex cancellaria Regni majore, vigore constitutionis comitiorum Regni generalium et senatusconsulti postcomitialis Varsaviæ anno præsenti expediti, emanatum, revidendo, perlegendo, connotandoque archivo litterario Regni in arce Cracoviensi exstanti, tum et fortalitii ædificiorumque arcis ejusdem ruinis videndis, et sumptui pro reparatione earum cognoscendo designati commissarii notum facimus. Quod cum pro munere nostro commissoriali ad arcem Cracoviensem conveniremus, imprimis juxta praxim usitatam, jurisdictione nostra commissoriali ibidem fundata, alterum punctum commissionis exsequendum, nempe ædificia, propugnacula, muros arcis Cracoviensis, quoniam res ista non patitur moram, primum revidenda nobis proposuimus, prouti quidem diligenter revidimus et

connotavimus. Naprzód idąc od miasta do zamku z bramy drzewianey nowo postanowioney, mury ieden od Wisły, a drugi który wał pod zamkiem wspiera, są bardzo słabe y prędką, dla dawności swey, y zaniedbania poprawy ich, grożące ruiną, y na tey która od zamku stronie, balki na murze pod ziemią położone zbutwiały, brama na weściu do zamku z gruntu zła, wrota zgniłe, zawrzeć się nie mogą, y od dawnych czasów dla zaniedbania nigdy się nie zawieraią. Mury po obudwu stronach na dole y na górze złe, porysowane. Kurdygarda tamże reparacyi potrzebuie, na którey powały zgniły. Nad izbą na górze wierzch stary upadły trzeba inszego. W murach zamku tak wyższych iako y niższych w koło ich idąc aż ku bramie Grodzkiey, iako y w basztach niektórych znaczna także pokazuie się ruina, które się mieyscami poprzepadały y porysowały. Mostów drzewianych, po których armatę na wały wprowadzaią y sprowadzaią, wszędy nowych trzeba, bo iedne zbutwiały, a na drugich mieyscach cale ich niemasz, a bardzo potrzebne są tam gdzie wycieczka iest teraz ku Stradomiu, znak iest gdzie insza przedtym była wycieczka, która się zapadła, ale przecie dziura została w ziemi, którą przeyśćby mógł, przeto ią trzeba kazać zawalić y cale zagubić, albo ieśliby y ta druga zdała się bydź potrzebna, reparować. Pod izbą póselską znak tylko iest gdzie dwie kurdygardy były pod pokoiami królewskiemi. Wycieczka zruinowana y rury w niey, powiadają, którymi na dół woda zbiegała zepsowane. Wał ku Bernardynom znacznie na iednym mieyscu zepsowany. Strzelnica się zruinowała, studnia w samym zamku przestronna y bardzo potrzebna zaniedbana iest, mułem zalazła, dla tego iey niezażywaią, ale małym kosztem mógłby ią wyslamować y restytuować commoditati w zamku mie-

szkaiących. Ganki na murach pozapadały się, dla tego teraz nie masz, iaka przedtym była y powinna bydź, wczesności chodzenia po murach. U wycieczki ku Wiśle drzwi drugich żelaznych niemasz, tylko iedne, a przedtym były dwoie. Xiądz Sarnowski cantor zamkowy fórtkę sobie (iako powiadają) *privata authoritate* zrobił w murze zamkowym, wedle bramy Grodzkiey ku Bernardynom, lat temu trzy; za tąż fórtką ogródek między pomienionym murem zamkowym a palisadami, których iescze nieco podle Bernardynów stoi, założono niedawno y drzewkami zasadzono.

Hoc finito, magistros opificii istarum ruinarum reperationi necessarios, rerumque gnaros convocari jussimus, iisque ut secundum æquitatem ac justitiam, quantitatem sumptus, quo præmissa restaurari queant, dicerent, mandavimus. Qui quidem visis diligenter, ac probe omnibus ruinis examinatis, unanimi sensu affirmarunt summam tantæ reparationi quinquaginta millia florenorum impendi omnino debere. Cum vero injunctum sit nobis, ut dumtaxat ad id quod maxime et citiori indiget restauratione, operarios conduci jubeamus, et pie impensis summam aliquam constituàmus; proinde mature considerata portæ in ingressu arcis Cracoviensis et muri ab eadem versus civitatem Cracoviensem descendentis, vallumque sustentantis, alteriusve muri ex istius opposito notabiliori ruina, nec sane moram patienti, summam trium millium florenorum polonicalium ex proventibus ordinariis Reipublicæ pro restauratione horum dumtaxat decrevimus, eamque a thesauro Regni ad manus generosi Domini vice capitanei castrensis Cracoviensis (cujus dexteritati superintendentiam hujusce reparationis præsentis committimus) numerandam assignavimus, prouti authoritate nostra, qua fungimur com-

missoriali, decernimus et assignamus per præsentes, cum hac nihilominus declaratione, ut reliquum hujusce præsentibus per nos assignatæ summæ, si forte quod restarit, pro restauratione aliarum ruinarum convertatur et impendatur salvo calculo coram nobis in futuro actus istius termino per memoratum generosum vice capitaneum castrensem Cracoviensem de expensis faciendo. Cæterum cum ad revidendum archivum Regni procederemus, ad cujus penetralia Illustrissimus Dominus supremus Regni thesaurarius, huic actui præsens, aperire nobis paratus erat, negotium istud ob absentiam pro tunc nonnullorum Dominorum commissariorum, visum est nobis ad pleniorem nostri numerum differre ac limitare; prouti quidem unanimi consensu differimus, et pro die vigesima sexta maii in anno proxime futuro millesimo sexcentesimo octogesimo secundo limitamus præsentibus. In quorum fidem præsentes manibus propriis subscripsimus. Actum et datum in arce Cracoviensi in crastino festi sancti Michaelis Archangeli die videlicet trigesima mensis septembris anno Domini millesimo sexcentesimo octogesimo primo.

Stanislaus Woieński,
episcopus Camenecensis, commissarius;
Martinus a Chomętow Chomętowski,
castellanus Zarnoviensis, commissarius;
Joannes a Lipie Lipski,
capitaneus Sandecensis, commissarius;
Martinus Casimirus Ustrzycki de Unichow,
dapifer Zakrocimensis, commissarius;
Andreas Joannes de Zydowo Zydowski,
vice capitaneus Osviecimensis, commissarius;
Boguslaus Rudzieiowski,
pocillator Braclaviensis, commissarius.

ACTUM IN ARCE CRACOVIENSI FERIA TERTIA POST FESTUM SS. TRINITATIS PROXIMA DIE SCILICET VIGESIMA SEXTA MENSIS MAII, ANNO DOMINI MILLESIMO SEXCENTESIMO OCTOGESIMO SECUNDO.

Nos Stanislaus Woieński episcopus Camenecensis, Martinus Chomętowski Zarnoviensis, Paulus Stokowski Osviecimensis, castellani, Joannes Lipski Sandecensis, Pereaslaviensis, Czechoviensis, Franciscus de Zakliczyn Jordan Dobczycensis, capitanei, Stanislaus Morsztyn vexillifer Zatoriensis, Martinus de Unichow Ustrzycki dapifer Zakrocimensis, Stanislaus Tęgoborski pocillator Novogrodensis, Andreas de Zydowo Zydowski vice capitaneus Osviecimensis, Stanislaus Zdanowski notarius castrensis Cracoviensis, Boguslaus Rudzieiowski pocillator Braclaviensis, commissarii, notum facimus præsentibus. Quod ubi pro termino juxta præfatam limitationem incidente, ad arcem Cracoviensem officium nostrum commissoriale reassumpturi, denuo in pleniori jam numero convenimus, fornicemque, in quo archivum Regni conservatur, per Illustrissimum Dominum supremum Regni thesaurarium præsentibus nobis apertum, ingressi sumus, scrinia et saccos multos, privilegia et diplomata in se continentes, et præterea sparsim

multas, easque varias litteras partim in fasciculis, partim dissipatas reperimus; et quoniam fetorem ex vetustate scripturarum pulveribus oppletarum valetudo nostra ibi tolerare non posset, labori nostro commodius seorsivum hypocaustum, prope fornicem elegimus, ac designavimus, tum ex fornice eodem per partes privilegia et litteras illuc transferendum esse constituimus. Tandem facta inter nos unanimiter conscriptaque certa ordinatione, satisfacientes officio nostro juxta mandatum Sacræ Regiæ Majestatis, omnia privilegia, diplomata, variaque variarum litterarum instrumenta, tum libros rationum thesauri non minus fideliter, quam diligenter, nihil penitus intactum relinquentes, favente Deo, revidimus, perlegimus, contentaque compendiose ita prout sequitur connotavimus.

Actum in arce Cracoviensi die, mense et anno ut supra.

LITTERÆ SUMMORUM PONTIFICUM.

Innocentius papa IV mandat conventui ordinis Prædicatorum conventus Cracoviensis, ut prædicent Cruciatam, videlicet ut fideles in civitate et tota diœcesi Cracoviensi prædicatione sua excitent ad subsidium ferendum Cruciferis in Litvania et Prussia. Qui vero eo personaliter proficisci non possint, de bonis suis congruam subventionem exhibeant. Item eandem indulgentiam Cruciferis opem ferentibus largitur, quæ mare transeuntibus et Terræ Sanctæ subsidium ferentibus concedi solet. Anagniæ 8 calend. octobris, pontificatus anno I.

THEINER, *Vetera Monumenta Poloniæ et Lithuaniæ*, t. I, fol. 37.
INNOCENTY IV, od 1243 do 1254.

Urbanus papa VI hortatur Vladislaum regem ad ferendam pacem cum Cruciferis, transmittendasque ad Sedem Apostolicam difficultates ad componendum. Perusii, 10 calend. maii, pontificatus anno X.

URBAN VI, od 1378 do 1389.

Transumptum notarii publici continens ternas litteras Urbani VI, quibus laudat Vladislaum regem de studio propagandæ religionis, eidemque facultatem altare portatile habendi, ac missas antelucaanas etiam in locis interdictis audiendi concedit. Insuper ad pacem cum Cruciferis ineundam adhortatur.

Ejusdem Urbani VI litteræ fidei Petro de Radolina præposito Vladislaviensi ad regem Vladislaum. Datum 9 calend. septembris, pontificatus anno XII.

THEINER, *Vetera Monumenta Pol. et Lit.*, t. I, fol. 761.

Bonifacii IX declaratio nobilibus, et familiaribus regis Vladislai, et reginæ Hedvigis ratione certarum gratiarum, beneficiorum ipsis a se concessorum, quod potiores esse debeant aliis posterioribus impetratis. Pontificatus anno XII.

BONIFACY IX, od 1389 do 1404. Za jego papieztwa, partya francuzka obrała, r. 1394, Piotra di Luna, który nazwał się Benedykt XIII.

Bonifacius papa IX ad petitionem Vladislai concedit plenariam facultatem episcopo Cracoviensi in sua diœcesi monasteria tam monachorum, quam monialium non sufficienter provisa uniendi et reformandi, ne occasionem habeant devagandi, dissoluteque vivendi, ita ut duo seu tria monasteria, quæ reformatione indigere noscentur, unum repræsentent conventum, et per unum seu unam præsidentem gubernentur, idque prævio consensu ejusdem Vladislai regis. Datum Romæ, 18 calend. febr., pontificatus anno XII.

Innocentius VII Vladislao regi et Annæ reginæ indulget, ut capellani eorum, nec non clerici et notarii in obsequiis degentes ab onere residentiæ in beneficiis curatis sint liberi. Pontificatus anno I.

INNOCENTY VII, od 1404 do 1406.

Litteræ testimoniales legatorum summi pontificis (Martini V) quod magister ordinis teutonici consulendo paci et bono publico, amovendo omnes tempestates belli, tum effusionem sanguinis sistendo, concordiamque promovendo, consenserit in restitutionem certarum terrarum, et pro aliis terris quas insuper oratores regii peterent, enumerationem triginta millium florenorum hungaricalium regi Vladislao, et Alexandro seu Vitoldo duci Litvaniæ, id tamen ab oratoribus regiis non est acceptatum. Datum Thorunii, anno 1419.

Martinus V inter Vladislaum regem Poloniæ et Vitoldum ducem Litvaniæ, nec non magistrum Prussiæ inducias ad certum tempus sancit, injungitque ut pars utraque ad festum Nativitatis Domini puncta differentiarum producat, eaque quæ inter partes controversa sunt ad festum Dominicæ resurrectionis se definiturum offert. Datum 12 septembr., pontificatus anno IV.

THEINER, *Vetera Monumenta Pol. et Lit.*, t. II, fol. 24, z datą Florenciæ, Cal. septemb. pontificatus anno III.
MARCIN V, od 1417 do 1431.

Idem collaudat Vladislaum regem Poloniæ quod dissentiat ab hæreticis et Viclevistis, hortaturque ne cum ipsis pacta ineat, nisi prius ad fidem catholicam convertantur. Datum Romæ, 9 septemb., pontificatus anno IV.

Idem absolvit Vladislaum regem et ipsius milites a sacrilegii reatu, excommunicationisque, ac aliis pœnis ecclesiasticis, quas propterea se incurrisse eum existimabat, quod bello contra Cruciferos gesto spolia, rapinæ, homicidia, virginum deflorationes, ecclesiarum et monasteriorum devastationes commissæ fuerint. Pontificatus anno VI.

Instrumentum revocationis famosi libelli contra Vladislaum regem Poloniæ et Polonos per Joannem Falkenberg scripti, coram Martino V pontifice factæ. Actum Romæ apud S Petrum in palatio apostolico, in aula magna consistoriali.

Idem Martinus V eundem Joannem Falkenberg assertum rodinis Prædicatorum theologiæ professorem cum suo supra scripto famoso libello damnat. Rex et Poloni membra vera Ecclesiæ agnoscuntur, et præfatus Joannes ad carcerem demandatur, donec ejus scriptum de nota hæresis discutiatur. Romæ, apud S. Petrum, quarto idus januarii, pontificatus anno VII.

Jan Falkenberg, dominikan, nauczyciel teologii w pomorskim klasztorze, znajdując się na soborze konstancyeńskim, napisał dzieło, w którem Jagiellę i Polaków bałwochwalcami, bezwstydnemi psami nazywa, zabijać ich i wytępiać jako najskuteczniejszy sposób dostąpienia wiecznej szczęśliwości zaleca. Mikołaj Trąba, arcybiskup gnieźnieński, obecny na tymże soborze, zaniósł o to skargę przed zgromadzonych ojców Kościoła, przełożył że ten paszkwil z namowy Krzyżaków był napisany, i otrzymał wyrok wskazujący pisarza na więzienie, który papież Marcin V powyższą bullą potwierdził. Falkenberg umknął z więzienia, a że mu Krzyżacy za ten paszkwil tylko cztery grzywien dali, napisał ostrzejsze jeszcze dzieło przeciw zakonowi, i chciał je podać przeniesionemu do Bazylei soborowi, ale stronnicy zakonu napadli na niego ze Strasburga, i wydarli mu to dzieło. Pismo Falkenberga przeciw Polakom umieścił Montfaucon *in bibl. M. S.* t. I, p. 618.

Martini V litteræ quibus Vladislao regi significat, quod ad petitionem ipsius Alexandrum præpositum Gnesnensem Tridentinum episcopum renuntiaverit, quamvis idiomatis ejus populi quem recturus est ignarum, et quod præposituram Gnesnensem Miroslao Kielczoni cubiculario suo dederit. Pontificatus anno VI.

Ejusdem litteræ quibus probat quod Vladislaus rex Hedvigim filiam Friderico marchioni Brandeburgensi desponsasset, seque deinceps, quandoquidem burgrabiorum Norimbergensium domus ad familiam Columnam originem referat, affinem fore regi profitetur. Pontificatus anno VII.

Reinholdus cardinalis S. Viti in Morcello sanctæ romanæ Ecclesiæ diaconus dat facultatem Jacobo Plocensi, et Joanni Vladislaviensi episcopis, naturalem filium Vladislai regis Poloniæ et reginæ uxoris ejus e sacro fonte levandi, atque pro se cum ipsis

serenissimis conjugibus compaternitatem contrahendi. Die 24 decemb., anno Domini 1424.

Martinus V in gratiam Vladislai regis omnia privilegia a sede apostolica romanisque pontificibus, regibus et regno Poloniæ concessa confirmat. Datum Constantiæ, pontificatus anno X.

Idem scribit et monet episcopum Culmensem ad instantiam Vladislai regis, ne Vitoldum in regem Poloniæ, Litvaniæ et Russiæ in Sigismundi cæsaris terris coronet. Romæ apud SS. Apostolos, 3 idus octobr., pontificatus anno XIII.

Eugenius IV Sophiæ reginæ Poloniæ et Vladislao atque Casimiro filiis ejus, ut tempore ecclesiastici interdicti in sua et domesticorum præsentia missas clausis januis submissa voce sine pulsatione campanæ celebrari faciant, licentiam concedit. Anno 1431 9 martii, pontificatus anno I.

Eugeniusz IV, od 1431 do 1447.

Concilium Basiliense hortatur Vladislaum regem, ut se in querelis et injuriis mutuis cum Sigismundo imperatore concilii recognitioni subjiciat, et oratores ad id cum plena potestate mittat, quod et imperator declaravit. Datum Basileæ, calend. decembr., anno Domini 1433 (1).

Eugenius IV Sophiæ reginæ Poloniæ concedit capellam S. Sophiæ in ecclesia Cracoviensi fundare, dotare pro octo capellanis, et canonicum Cracoviensem, qui perpetuus sit ejus capellæ præpositus ab ipsa regina præsentandus. Romæ, 10 calend. martii, anno 1443.

Nicolaus papa V Elisabethæ ducissæ Austriæ confessorem eligendi, altare portatile habendi, missas antelucanas etiam in locis interdictis ante se celebrari faciendi facultatem concedit. Anno 1452.

Mikołaj V, od 1447 do 1455.

Calixtus papa III dat facultatem Casimiro regi Poloniæ confessarium sibi eligendi quemcunque sacerdotem, qui eum absolvere possit a casibus episcopo reservatis. Anno 1455.

Kalixt III, od 1455 do 1458.

Idem eidem altaris portatilis usum, et ut sacra antelucano tempore coram illo fieri possint facultatem concedit. Anno quo supra.

(1) Są oprócz powyższych inne listy papiezkie do króla Władysława Jagiełły, lecz że za jego panowania ośmiu było papieżów, Urban VI, Bonifacy IX, Innocenty VII, Grzegorz IX, Alexander V, Jan XXIII, Marcin V, Eugeniusz IV, nie licząc antipapów, a listy te są datowane latami panowania papieżów, bez wymienienia ich nazwiska, niewiadomo który któremu przypisać, i dla tego takowe wydawca opuścić musiał.

Pius papa II Casimiro regi Poloniæ et Elisabethæ reginæ confessarium, qui eos a casibus sedi apostolicæ reservatis, absolvat, eligendi facultatem dat. Datum Senæ, 9 martii, anno 1464.

Pius II, od 1458 do 1464.

Idem eidem per nuntios ejus significat Jacobum de Siena propter bonum pacis ad episcopatum Vladislaviensem promotum, commendatque eum regi ut bonum virum de sede Apostolica optime meritum, regique suo affectissimum. Datum 4 calend. decembr., anno 1464.

Roku 1462 król Kazimierz mianował Jana Gruszczyńskiego kanclerza na biskupstwo krakowskie, które papież Pius II wprzód już był Jakubowi Sienińskiemu przeznaczył, zkąd powstała żwawa kłótnia między królem a papieżem o prawo mianowania biskupów. Hieronim arcybiskup kreteński, legat papiezki, mocno popierał nominata papiezkiego, ale król mocniej jeszcze przy swem prawie obstawał, i odpowiedział legatowi, że wolałby stracić królestwo, niżeli dopuścić aby obca władza stanowiła w niem biskupów, i od tego czasu, powiada Bielski, król w Polsce biskupów obiera. Dopiero roku 1464, kiedy Gruszczyńsk postąpił na arcybiskupstwo gnieźnieńskie, a Jan Lutek z Brzezia z władysławskiego czyli kujawskiego na krakowskie przeszedł, Jakub Sieniński po nim biskupem kujawskim został, którego papież jako przychylnego i królowi i stolicy apostolskiej powyższym listem poleca.

Idem eundem hortatur ad inferendum Turcis bellum. Anno eodem.

Idem dat facultatem episcopo Vladislaviensi subditos regis Poloniæ absolvendos a pœnis et censuris quibusvis, quas ex causa belli cum Cruciferis gestis incurrerunt. Anno 1471 (data mylna).

Paulus II Casimiro regi de electione sua significat. Datum Romæ, 3 idus septemb., anno 1464.

Paweł II, od 1464 do 1471.

Sixtus papa IV Casimiro regi et successoribus ejus jus præsentandi ad majores post pontificales dignitates in ecclesiis Gnesnensi, Cracoviensi et Posnaniensi, ac principalem in collegiata Lanciciensi largitur. Pridie nonas junii, anno 1482.

Sixtus IV, od 1477 do 1484.

Idem eidem et successoribus ejus tribuit jus præsentandi ad majores post pontificales in singulis Gnesnensi, Cracoviensi, Posnaniensi, ac principalem in collegiata Lanciciensi ecclesiis dignitates, atque ad præposituram S. Michaelis in castro Cracoviensi, et scholasteriam B. V. Mariæ Lanciciensis. Anno 1484.

Transumptum post mortem Joannis episcopi Præmisliensis signi-

ficat regi Joanni Alberto quod providerit de hoc episcopatu Nicolao. Anno 1493.

Zmarły biskup przemyski JAN TARGOWICKI, następca jego MIKOŁAJ GRAJEWSKI.

Alexander papa VI in gratiam Joannis Alberti regis binas litteras Sixti IV quarum alterius jus præsentandi ad majores post pontificales in Gnesnensi, Cracoviensi, Posnaniensi ecclesiis, et principalem in collegiata Lanciciensi, alterius ad præposituram S. Michaelis in castro Cracoviensi, et scholasteriam B. V. Mariæ Lanciciensis concesserat, suo peculiari confirmat. Romæ, anno 1494,

ALEXANDER VI, od 1492 do 1503.

Idem committit officiali Gnesnensi ut Mathiam Drzewicki ad scholasteriam Gnesnensem instituat. Anno 1496.

Idem Vladislao Hungariæ et Joanni Alberto Poloniæ regibus, fratribus germanis, in subsidium belli Turcici donat integram decimam partem omnium proventuum bonorum ecclesiasticorum in ipsorum ditionibus, nonexceptis et Cruciferis. Romæ, 11 calend. junii, anno 1501.

Idem significat Alexandro regi Poloniæ quod post mortem Friderici cardinalis providerit de episcopatu Cracoviensi Joanni electo. Anno 1503.

Po śmierci FRYDERYKA królewicza postąpił na biskupstwo krakowskie JAN KONARSKI.

Idem Andræam archiepiscopum Leopoliensem ad archiepiscopatum Gnesnensem translatum esse Alexandro regi significat, eumque commendat. Romæ, 15 calend. januarii, anno 1503.

JĘDRZEJ BORZYSZEWSKI, arcybiskup lwowski, został arcybiskupem gnieźnieńskim po śmierci Fryderyka królewicza roku 1503.

Julius papa II de electione sua Alexandro regi significat. Romæ, 6 calend. decem. 1503.

THEINER, *Vetera Monumenta Pol. et Lit.*, t. II, fol. 298.

JULIUSZ II, od 1503 do 1513. Alexander VI otruty 12 sierpnia 1503, zmarł 18 tegoż miesiąca. Po nim Pius III obrany 22 września 1503, umarł 18 października tegoż roku. Juliusz II obrany 1 listopada 1503, donosi o swej elekcyi Alexandrowi.

Idem ad petitionem Alexandri regis permittit ut feria quarta licite carnibus subditi ejus vesci possint, exceptis his qui voto vel regulari observantia sunt obstricti. Anno 1505.

THEINER, *Vetera Monumenta Pol. et Lit.*, t. II, fol. 311.

Idem Alexandro regi Poloniæ et reginæ matri ejus ac principibus regni quatuor personas ecclesiasticas in medicina promotas eligendi, qui medicinam exercere possint, dat facultatem. Anno 1505.

THEINER, *Vetera Monumenta Pol. et Lit.*, t. II, fol. 312.

Idem eidem ad defensionem terrarum regno Poloniæ subjectarum, a Turcis, Tartaris et Scythis devastatarum, subsidium concedit tali modo, ut subditi prædicti regni Poloniæ, ac Daciæ, Livoniæ, Norvegiæ, et Sveciæ regnorum, magnique ducatus Litvaniæ, plenariam indulgentiam omnium peccatorum consequantur, dummodo quartam partem sumptuum, quos in itinere romano exponerent, præfato regi contribuant ad biennium a die publicationis. Anno 1505.

THEINER, *Vetera Monumenta Pol. et Lit.*, t. II, fol. 320.

Idem concedit ut cancellarius et vice-cancellarius spirituales, nunc et pro tempore existentes, in consiliis in quibus de malefactorum punitione ageretur interesse, vota et consilia dare absque irregularitatis incursu possint. Anno 1505.

THEINER, *Vetera Monumenta Pol. et Lit.*, t. II, fol. 316.

Idem ordinat ne ullus prælatus aut canonicus nisi ex utroque parente nobilis ad ecclesiam metropolitanam Gnesnensem admittatur, exceptis duobus theologis in jure, ac totidem in artibus ac medicina doctoribus. Anno 1505.

Idem Alexandro regi et successoribus ejus dat facultatem celebrandi missas et alia quævis sacra in præsentia eorum peragendi in quibuscunque locis, exclusis tamen excommunicatis, et quamdiu ipse rex et successores ejus in fide permanserint. Datum Romæ, 1505.

THEINER, *Vetera Monumenta Pol. et Lit.*, t. II, fol. 318.

Idem concedit facultatem Alexandro regi, et Elisabethæ reginæ ejus matri, eligendi sibi confessarium ad vitæ tempora, qui eos absolvat a casibus apostolicæ sedi reservatis, exceptis criminibus hæresis et rebellionum aut conspirationum in personam vel statum romani pontificis seu sedem apostolicam.

Idem concedit altare portatile eisdem. Datum Romæ, 1505.

Idem Alexandro Poloniæ regi et successoribus ejus donat perpetuo jus patronatus præpositura Plocensis, eandem minorem pontificali dignitate declarat, et quod præpositus pro tempore præsentatus et institutus infra sex menses a die assecutionis novam provisionem a sede impetrare, et jura cameræ apostolicæ ratione illius vacationis debita persolvere tenebitur sub nullitate factæ præ-

sentationis et institutionis. Pontificatus anno II, tertio nonas junii, anno 1505.

Theiner, *Vetera Monumenta Pol. et Lit.*, t. II, fol. 309.

Idem mandat Joachimo Turzoni coadjutori Vratislaviensi, cameræ apostolicæ in regno Poloniæ exactori, ut Alexandro regi Poloniæ ea quæ ex denario S. Petri in regno Poloniæ cameræ apostolicæ proveniunt, in reparationem castri Camenecensis ad decennium vel ad beneplacitum sedis apostolicæ tradat, et consignet per episcopos Cracoviensem et Plocensem colligenda.

Idem significat Sigismundo Poloniæ regi Joannem a Łasko cancellarium regni Andreæ archiepiscopo Gnesnensi coadjutorem cum futura successione a se datum esse. Anno 1508.

Jan Łaski, kanclerz wielki koronny, arcybiskup gnieźnieński, po zmarłym roku 1510 Jędrzeju Borzyszewskim.

Idem commendat Sigismundo regi Poloniæ Jacobum electum de ecclesia Camenecensi a se provisum. Anno 1510.

Jakub Buczacki biskup kamieniecki, przeniesiony roku 1538 na biskupstwo chełmskie, umarł biskupem płockim 1542.

Leo papa X concordiam super electione episcopi Varmiensis inter Casimirum regem Poloniæ et Nicolaum episcopum Varmiensem et capitulum ecclesiæ Varmiensis factam confirmat, ad petitionem Sigismundi regis Poloniæ, et Fabiani episcopi capitulique Varmiensis. Datum Romæ, 7 calend. decembr., anno 1513.

Leon X, od 1513 do 1521.

Umowa zawarta między Kazimierzem Jagiellończykiem a Mikołajem Tungen biskupem warmińskim i kapitułą roku 1479 to w sobie obejmowała, że z liczby kandydatów przez kapitułę podanych król miał z czterech jednego kapitule do wyboru zostawić. Zygmunt I tę umowę z Fabianem Luzyańskim, biskupem warmińskim, ponowił.

Idem concedit Sigismundo regi et successoribus ejus jus præsentandi custodis Plocensis. Anno 1514.

Idem eidem per Erasmum episcopum Plocensem oratorem dat jus patronatus perpetuo ad cantoriam Gnesnensem, nec non Cracoviensem, Varmiensem et Visliciensem præposituras, cum conditione ut personæ prædictæ præsentandæ infra sex menses a die præsentationum suarum novas provisiones a sede apostolica impetrare, litteras desuper expedire, ac jura cameræ apostolicæ debita persolvere teneantur, sub nullitate præsentationum et vacantia Datum Romæ, 10 calend. februarii, anno 1518.

Biskup płocki, Erazm Ciołek, zmarły 1524.

Idem indultum Sigismundo regi et Bonæ reginæ, quod tempore interdicti, ipsis præsentibus, omnibus in locis palam et solemniter sacra peragi possint, exclusis tamen excommunicatis et interdictis. Datum Romæ, anno 1519.

Idem Sigismundo dissuadet bellum contra Albertum magistrum Cruciferorum. Anno 1521.

Clemens VII significat Sigismundo regi, quod electum Krzycki renuntiavit episcopum Plocensem, eumque ipsi commendat. Datum Romæ, 3 calend. maii, anno 1527.

Klemens VII, od 1523 do 1534.

Jędrzej Krzycki, biskup płocki, po Rafale Leszczyńskim, zmarłym roku 1527, umarł arcybiskupem gnieźnieńskim 1537.

Idem eidem pro festo Nativitatis B. V. Mariæ indulgentiam plenariam temporibus perpetuis concedit, quam et ii qui cum rege præsentes fuerint, consequentur, iis vero qui in aliis ecclesiis regni Poloniæ missas audierint, vel easdem ecclesias visitaverint, centum annos et totidem quadrigenas de injunctis pœnitentiis relaxat, idque præviis pœnitentiæ et sanctissimæ Eucharistiæ sacramentis, vel saltem præmissa contritione cum proposito quam primum confitendi peccata.

Idem eidem Joannem Karnkowski electum ac renuntiatum episcopum Præmisliensem commendat.

Jan Karnkowski po Jędrzeju Krzyckim biskup przemyski, przeniesiony 1531 na biskupstwo kujawskie, na niem umarł roku 1538.

Idem eidem significat Joannem electum ad ecclesiam Culmensem a se esse confirmatum.

Jan Konopacki, biskup chełmiński, zmarły 1530.

Paulus III dispensationem sponsalium inter Sigismundum Augustum et Elisabetham Austriacam in ætate puerili contractorum, a Clemente VII concessam, approbat. Anno 1535.

Paweł III, od 1534 do 1549.

Idem Sigismundo regi de translatione Joannis episcopi Cracoviensis in archiepiscopatum Gnesnensem significat, eumque ipsi commendat. Datum Romæ, 16 calend. septemb., anno 1537.

Biskup krakowski, Jan Latalski, przeniesiony 1537 na arcybiskupstwo gnieźnieńskie, na niem umarł 1540.

Idem declarat Leonis X concessionem, quoad numerum plebejorum eam revocat, statuitque ut quinque deinceps plebei admittan-

tur qualificati, et quod ad præbendas pinguiores et majores arbitrio archiepiscopi vel episcopi promoveri possint. Assignatio item præbendarum per capitula facta irritatur. Directe tamen hæc bulla Cracoviensem ecclesiam concernere videtur, adjectum enim est in ea parte ubi summus pontifex dispositione mandat, in ecclesia Cracoviensi et forte Gnesnensi. Anno 1543.

Idem significat Sigismundo regi Paulum electum Posnaniensem a se confirmatum esse.

Data tego listu musi być między rokiem 1544 a 1546, gdyż Paweł Wolski Dunin w tych latach był biskupem poznańskim.

Idem scribit Sigismundo regi Poloniæ se absolvisse Benedictum episcopum Posnaniensem ab electionis vinculo in episcopatum Camenecensem, et Leonardo electo Camenesensem episcopatum eundem contulisse. Pontificatus anno XII (1546).

Benedykt Izdbiński z biskupstwa kamienieckiego na poznańskie przeniesiony, miał za następcę Leonarda Słończewskiego.

Idem dispensat cum Sigismundo Augusto et Elisabetha archiduce Austriæ, ut intra primum affinitatis et tertium consanguinitatis gradum matrimonium inire possint. Anno 1546?

Data mylna, bo Elżbieta zaślubiona była roku 1543, a 1546 już nie żyła, zszedłszy ze świata roku 1545.

LITTERÆ IMPERATORUM ROMANORUM.

Vladislaus rex Poloniæ, ad comitia Sigismundo imperatore indicta, mittit Zbigneum episcopum Cracoviensem, et Zavissium Nigrum de Garbow oratores suos, cum plenaria potestate omnia sua negotia præsertim cum Friderico marchione Brandeburgensi tractandi. Anno 1424.

Zygmunt syn Karola IV, król węgierski i czeski, od roku 1410 cesarz, umarł 1437. Zbigniew Oleśnicki, biskup krakowski od roku 1423, umarł 1455. Fryderyk, margrabia brandeburski, zmarły 1440, za którego syna Fryderyka z żelaznemi zębami, zaręczona była Jadwiga, córka Władysława Jagiełły z drugiej żony.

Mandatum ejusdem Zbigneo episcopo Cracoviensi, et Zbigneo de Brzezie ad eadem comitia legatis. Anno 1424.

Sigismundus Romanorum, Hungariæ, Bohemiæque rex, invitatus a Vladislao ad levandum de fonte recens natum filium, significat se ea de causa mittere episcopum Jauriensem. Datum in Ferrea civitate Jauriensi, anno 1425.

Maximiliani imperatoris pacta cum Sigismundo rege Poloniæ, in quibus Poloniæ et Hungariæ regibus datur titulus Majestatis. Anno Domini 1515.

MAXYMILIAN I cesarz, od 1493 do 1519.

Idem consentit in electionem Caroli regis Hispaniæ in regem Romanorum. Datum Viennæ, die 22 julii, anno Domini 1518. Germanico idiomate hæ scriptæ sunt litteræ.

Idem intercedit pro Melchiore Jogelveder ut ipsi summa trium millium hungaricalium in Polonia debita restituatur.

Transumptum litterarum sub titulis et sigillis episcopi et capituli Cracoviensis, quibus continentur pacta Maximiliani imperatoris Romanorum cum Sigismundo rege Poloniæ in causa magistri ordinis Prussiæ. Datum Cracoviæ, die 10 junii, anno Domini 1522.

Litteræ Caroli Quinti imperatoris Romani, quibus Vellus aureum concedit, mittitque per oratores suos Sigismundo regi Poloniæ. Anno 1525.

In his litteris datur regi titulus Majestatis.

KAROL V cesarz 1519, abdykował 1556, zmarły 1558.

Rudolphus II imperator exponit proceribus regni Poloniæ, quod cum offert se ei Chlopitzius cum Kozacis ad servitia militaria, asserens hos Kozacos esse liberos, et nulli domino parere, sed operam suam militarem quibus velint addicere et navare posse, acceptavit hanc ejus oblationem, ingruente tunc præsertim a Turcis periculo, ac Tartaris in Hungariam impressionem meditantibus, declaratque quod per hæc pacta fœdera violare non intendat. Quoad gravamina vero tredecim civitatum Scepusii, consulturum se indemnitati earum offert, disjudicandum nihilominus iisdem proceribus regni Poloniæ committit, an non æquum sit, ut Scepusienses æqualiter cum Hungariæ incolis pro necessitate præsenti subsidium ferre debeant. Datum Ratisboriæ, die 11 mensis junii, anno 1544?

Data mylna, bo Rudolf II panował od roku 1576 do 1612.

Plenipotentia Leopoldi Hungariæ et Bohemiæ regis commissariis suis data ad tractandum cum Boguslao Leszczyński thesaurario regni, Joannis Casimiri regis Poloniæ et Sveciæ legato extraordinario. Anno 1657.

DOGIEL, *Codex diplomaticus Regni Poloniæ*, t. I, fol. 316, z datą : Viennæ, die 24 aprilis, anno 1657.

LEOPOLD I, cesarz, król czeski i węgierski od 1657 do 1705. BOGUSŁAW LESZCZYŃSKI, podskarbi wielki koronny od 1650 do 1658, umarł podkanclerzem koronnym.

rio, Derslao de Rytwiany, castellano Rospiriensi, Andreæ Sakowicz, capitaneo Polocensi, Joanni Niemierzyc, et Petro Zajączek, oratoribus suis præscribit, quibus conditionibus in comitiis Vratislaviensibus desponsare sibi debeant Elisabetham Ladislai Hungariæ et Bohemiæ regis sororem, Alberti Romanorum regis filiam, easque conditiones se observatorum promittit sub pœna centum millium florenorum. Anno 1453.

Jan Gruszczyński, biskup władysławski czyli kujawski od 1450, krakowski od 1462 do 1464, umarł arcybiskupem gnieźnieńskim 1473. Jędrzej Opaliński, biskup poznański, zmarły 1479. Jan z Czyżowa, kasztelan krakowski od 1438 do 1457. Jan Tęczyński, wojewoda krakowski, zmarły 1459. Jan z Koniecpola, kanclerz wielki koronny, od 1433 do 1455.

Elisabeth regina Poloniæ recognoscit dotem se accepisse inscriptam et assecuratam. Anno 1453.

Eadem similiter agnoscit sibi pro dote eadem satisfactum esse, ac renuntiat omni hæreditati Austriæ, et si forte frater suus sine prole decesserit, Fridericum imperatorem Romanorum et Albertum Sigismundum duces Austriæ sibi in successione præferendos esse declarat. Anno 1453.

Fridericus imperator Romanorum et Casimirus rex Poloniæ faciunt inter se firmam et inviolabilem confœderationem, qua non solum se ipsos, verum filios suos, subditosque et regna ad tenendam et colendam pacem et amicitiam obligant, promittentes sibi vicissim in omni necessitate affuturos ope, consilio et auxilio. Datum Græcii, 10 octobris, anno 1470.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 163.
Fryderyk III cesarz, od 1440 do 1493.

Idem promittit Casimiro regi infra annum a die Natalis triginta millia aureorum ratione dotis Elisabethæ reginæ Poloniæ et Austriæ debitæ solvere. Anno eodem.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 164, z datą: Græcii, 13 octob. anno 1471.

Iidem contra Mathiam regem Hungariæ conjunctionem armorum statuunt, et bellum in personis suis se gesturos promittunt. Anno 1474.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 164. Datum Nurembergæ, 13 mensis martii, anno 1474.

Similis alia confœderatio eorundem eodem anno, salvis fœderibus Poloniæ cum domo Austriæ.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 166. Datum in civitate Augustensi, feria quarta infra Octavam Visitationis Mariæ Virginis, anno 1474.

Confirmatio et renovatio amicitiæ et fraternitatis inter Maximilianum imperatorem Romanorum et Sigismundum regem Poloniæ occasione magistri Prussiæ. Datum Posonii, die 20 maii, anno 1515.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 167.

Maximiliani cæsaris electi et Vladislai regis Hungariæ contractus gemini matrimonii in præsentia Sigismundi regis Poloniæ. Primus contractus inter Mariam ejusdem imperatoris neptem, regis vero Castellæ Philippi filiam, et Ludovicum Hungariæ, Bohemiæque regem, Vladislai regis filium cum solemnitatibus annulorum, etc. Secundum contractum ipse Maximilianus cum Anna Vladislai regis filia iniit, cui rex Vladislaus ratione dotis ducenta millia florenorum hungaricalium assignat, et Maximilianus totidem assignat, et alia munera assignantur cum certis cautelis ibidem expressis. Datum Viennæ, die 22 julii, anno 1515.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 169, z datą: Posonii, die 20 mensis maii, anno 1515.
DU MONT, *Corps dipl.*, t. IV, part. 1re, fol. 212.
MAXYMILIAN I cesarz, od 1493 do 1519.

Instrumentum publicorum notariorum, quo continetur protestatio Maximiliani imperatoris et Annæ filiæ regis Hungariæ, quod licet inter se per verba et præsenti contraxerint, si tamen intra annum Ferdinandus vel Carolus archiduces Austriæ eandem sibi desponsare voluerint, extunc idem contractus matrimonii annihilari debet. Datum Viennæ, die et anno ut supra.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 175.

Ferdinandi Hungariæ et Bohemiæ regis mandatum oratoribus suis ad conventum Posnaniensem, de conficiendo matrimonio inter Sigismundum Augustum regem et Elisabetham filiam suam. Datum Augustæ, die 22 octobris, anno 1530.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 183.
FERDYNAND I król czeski i węgierski roku 1527, król rzymski 1531, cesarz 1556, zmarły 1564.

Contractus matrimonialis, quo Ferdinandus Romanorum rex despondet Sigismundo Augusto Elisabetham filiam suam cum dote centum millium florenorum, Joanne episcopo Varmiensi, et Janusio Latalski, palatino Posnaniensi, contractum approbantibus. Datum Vratislaviæ, die 16 junii, anno 1538.

JAN DANTISCUS, biskup warmiński, od 1537, zmarły 1548. JANUSZ LATALSKI, wojewoda poznański, umarł 1557.

Ferdinandus Romanorum rex dotem centum millium florenorum hungaricalium Elisabethæ reginæ filiæ suæ, Sigismundi Augusti consorti debitam, eidem regi per commissarios suos transmittit. Anno 1545.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 204. Datum Cracoviæ, die 10 mensis aprilis, anno 1545.

Idem Romanorum imperator transigit cum Nicolao Radziwiłł mareschalco, et Martino Kromer Sigismundi Augusti regis Poloniæ oratoribus cum plena potestate a se missis, de summa triginta millium aureorum hungaricalium duabus rhatis intra decursum trium mensium pro paraphernalibus post mortem Elisabethæ reginæ relictis solvenda. Datum Augustæ, anno Domini 1547.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 211. Datum in civitate imperiali Augusta, die 26 mensis novembris, anno 1547.

Ejusdem quietatio triginta millibus aureorum hungaricalium a Sigismundo Augusto rege acceptis, pro supellectili post Elisabetham reginam relicta. Datum Augustæ, anno 1548.

Dogiel, *Codex. dipl.*, t. I, fol. 213. Datum Augustæ Vindelicorum, die ultima febr., anno 1548.

Iidem fœdus inter se sanciunt Ferdinandus Romanorum rex, et Sigismundus Augustus, quo statuitur imprimis pax et amicitia inter utrumque regem, hæredes, regna et subditos, de injuriis et jure transigatur, mutua auxilia sibi spondent, milites alteri inter alterius ditiones conscribere liceat, rex Poloniæ nepoti suo regis Hungariæ filio auxilium non feret, imperator hæreditarias ditiones eundem tenere sinet. Commercia, navigationes liberæ sint, justitia in personalibus actionibus de plano administretur, in realibus vero secundum utriusque ditionis consuetudinem. Quod si vel rex, vel imperator contra alterius provinciam vel communitatem, vicissimque communitas aut provincia vel privatus subditus unus contra imperatorem vel regem actionem aliquam prætenderet, septem numero designandi commissarii judicabunt; controversias vero inter reges et regna intervenientes, si ea amicabili transactione vel per consiliarios mutuos, qui utrinque tres dari debent, componi non potuerint, iidem sex consiliarii utrinque dati, expenso causæ negotio, juridice decidant, qui si inter se concordes non fuerint, arbitros sorte ductos eligent quorum judicio stabitur, consiliarii vero ab obedientia principibus suis absolvi debent. Diffidatores, hostes, homicidæ, raptores utrinque non foveantur, diffidatores mutui pro hostibus habeantur,

bona eorum fisco applicentur, modus denique omnium maleficorum comprehendendorum et puniendorum præscribitur. Moneta ut justo valore cudatur, ejusque æstimatio constituatur. Idem et de sale, quod si de hac utraque re inter commissarios transigi nequeat, tunc salvum erit utrique et de moneta et de sale statuere. Anno Domini 1549.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 213. Dat. die mensis julii 1549, także bez miejsca.

Carolus V imperator Romanorum fœdus avitum et antiquum cum Sigismundo Augusto rege Poloniæ per Stanislaum Hosium episcopum Varmiensem renovat, auget, declaratque iisdem verbis quibus Ferdinandus rex Romanorum illud renovavit, auxit et declaravit. Datum Bruxellis, die 12 decembris, anno Domini 1549.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 219.
KAROL V cesarz, od 1519 do 1557. STANISŁAW HOZIUSZ, biskup warmiński, umarł 1579.

Exemplar renovationis fœderis inter Ferdinandum Romanorum regem et Sigismundum Augustum manu ejusdem Sigismundi subscriptum, ibidemque inserta copia confirmationis Ferdinandi pactorum omnium cum regibus Poloniæ, cui adstipulatur manutenentiam Carolus imperator Romanorum sub data Bruxellis, 12 decembris, anno 1549.

Contractus matrimonialis inter Ferdinandum Romanorum imperatorem et Catharinam viduam ducem Mantuæ filiam suam ex una, et Sigismundum Augustum regem Poloniæ, ex altera partibus, in quo assignatur dos Catharinæ centum millia florenorum rhenensium. Anno 1553.

DOGIEL, *Codex dipl.* t. I, fol. 220. Dat. Viennæ, die 23 mensis junii, anno 1553.

Sigismundus Augustus approbat contractum matrimonialem per oratores suos cum Ferdinando Romanorum rege factum, quo Catharina ejusdem Ferdinandi filia præfato regi desponsata est cum dote centum millium florenorum rhenensium. Datum Cracoviæ, anno Domini 1553.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 224. Die 4 augusti, anno 1553.

Idem fatetur sibi pro dote videlicet centum millia florenorum rhenensium Catharinæ consorti suæ assignata a Ferdinando satisfactum esse. Datum Varsaviæ, die sanctæ Priscæ, anno 1556.

DOGIEL, *Codex dipl.*. t. I, fol. 229.

Pacta matrimonialia Sigismundi III regis Poloniæ cum Anna sorore patruele Rudolphi imperatoris. Anno Domini 1592.

Maria palatina Rheni et Ferdinandus archidux Austriæ, Constantiæ reginæ Poloniæ, summam quadraginta quinque millium florenorum pragensium in vim dotis assignant. Anno Domini 1605.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 287. Dat. Graecii, die 23 octobr., anno 1605.

Contractus matrimonialis inter Vladislaum IV regem Poloniæ et Cæciliam Renatam. Anno 1637.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 307. Dat. Viennæ, die 9 augusti, anno 1637.

Ferdinandus III Romanorum imperator promittit se daturum operam, ut rex Hispaniæ Cæciliæ Renatæ consorti Vladislai IV regis Poloniæ, respectu dotis et aliorum pensionem debitorum duodecim millium florenorum pragensium quotannis solvendorum concedat. Quod si vero id efficere non potuerit, **civitatem et dominium Vittingau in regno Bohemiæ situatum in summa centum millium** florenorum pragensium eidem reginæ obligat. Datum Viennæ, die **10 augusti, anno 1637.**

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 310.
FERDYNAND III cesarz, od 1637 do 1657.

Fœdus inter Leopoldum Romanorum, Hungariæ et Bohemiæ regem ab una, et Joannem Casimirum regem Poloniæ ab altera partibus, per extraordinarium legatum Boguslaum Leszczyński thesaurarium regni Poloniæ, ratione copiarum auxiliarium contra Svecos ab eodem Leopoldo concessarum sancitum. Datum Viennæ in Austria, anno Domini 1657.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 317. Viennæ, 27 maii 1657. DU MONT, *Corps dipl.*, t. VI, part. 2, fol. 179.
LEOPOLD I cesarz, od 1657 do 1705.

LITTERÆ BAVARIÆ.

Ludovicus dux Bavariæ, comes palatinus Rheni, cum Casimiro rege Poloniæ sancitur fœdus ad vitæ tempora, a quo fœdere excipit summum pontificem, imperatorem, Georgium regem Bohemiæ, duces Bavariæ, et Albertum archiducem Austriæ. Datum in Landshut, feria quinta post festum S. Margarethæ, anno Domini 1460.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 383.
LUDWIK BOGATY, xiążę bawarski z linii młodszej Landshut, od 1450 do 1479.

Iidem fœdus sanciunt inter se, quo continentur duces Masoviæ, dux Pomeraniæ, et episcopus Caminensis. Datum ut supra.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I. fol. 383.

Idem Casimirus rex, et Albertus dux Bavariæ fœdus inter se sanciunt, mutuo affectu, officiis et auxiliis, prouti res poposcerit, colendum tenendumque. Datum Cracoviæ, die 12 augusti, anno Domini 1472.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 385.
ALBERT MĄDRY, xiąże bawarski z linii młodszej Monachskiej, od 1460 do 1508.

Contractus matrimonii inter Georgium Ludovici ducis Bavariæ filium, et Hedvigim Casimiri regis Poloniæ filiam. Rex Casimirus promittit in vim dotis summam triginta et duorum millium hungaricalium pro festo Nativitatis Domini se numeraturum. Dux vero Bavariæ obligat se dotem inscriptione sexaginta quatuor millium hungaricalium super certis castris et civitatibus suis firmaturum. Datum in Radom, anno Domini 1474.

DOGIEL, t. I, fol. 387. Dat. in Radom, die 31 decembr., anno 1474.
JERZY BOGATY, xiąże bawarski, syn Ludwika Bogatego, ostatni ze swojej linii, od 1479 do 1502.

Aliud instrumentum constitutionis dotis præfatæ et reformationis. Datum in Radom, die sancti Silvestri, anno 1474.

Ludovicus pater, et Georgius filius, comites palatini Rheni, Bavariæ duces, Hedvigi filiæ Casimiri regis, suæ vero nurui, Georgii uxori pro sponsalitii largitate decem millia florenorum hungaricalium assignant. Datum die S. Elisabethæ viduæ, anno Domini 1474.

Inventarium clænodiorum et vestimentorum Hedvigis filiæ regis Casimiri, quæ per eam ad Georgium filium Ludovici, ducis Bavariæ maritum suum allata sunt. Anno Domini 1475.

Philippus comes palatinus Rheni, dat facultatem fratri suo Ottoni Henrico exigendi dotem olim Hedwigi uxori Georgii avi sui a Sigismundo Poloniæ rege debitam. Datum in oppido Fulkenfeld, die 30 novembris, anno 1536.

Otto Henricus, dux Bavariæ, et Philippus, de duobus millibus aureorum primæ rhatæ Sigismundum regem quietant. Datum apud Neuburgum, in festo purificationis beatissimæ virginis Mariæ, anno Domini 1537.

Idem fatetur se de dote aviæ suæ suo et Philippi fratris sui nomine cum Sigismundo rege transegisse, eumque de quatuor millibus florenorum hungaricalium quietat. Datum Cracoviæ, die 15 januarii, anno 1537.

Sigismundus rex Ottoni Henrico et Philippo ducibus Bavariæ, dotem aviæ maternæ eorum, per Casimirum regem Poloniæ promissam, ex integro non solutam, decem octo millia hungaricalium aureorum se soluturum promittit, recognovitque se jam quatuor millia persolvisse, reliquum vero per partes, id est per duo millia hungaricorum quotannis se soluturum submittit. Datum Cracoviæ, 13 januarii, anno Domini 1537.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 390.

Otto Henricus et Philippus fratres, Bavariæ duces, quietant Sigismundum regem Poloniæ de duobus millibus aureorum secundæ rhatæ. Datum anno 1539, apud Neuburgum in Purificatione. Anno 1539.

Eorumdem similis alia quietatio. Datum ut supra, anno 1540.

Similis alia de ultima rhata, et una de satisfactione in toto, ita prout convenerant. Datum anno Domini 1544.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 390.

LITTERÆ REGNI HUNGARIÆ.

Transumptum litterarum ternarum Ludovici regis Hungariæ, sub nomine Janussii doctoris decretorum, decani et cancellarii Cracoviensis, in forma vidimus editum. Primis litteris promittit Ludovicus rex, non repetiturum se debitum quod ei Casimirus rex ratione regni Russiæ debebat, priusquam idem integram ejusdem regni possessionem adeptus fuerit. Budæ 24 januarii, anno 1355. Alteris dat facultatem mercatoribus, ut salem regno Poloniæ in regnum Hungariæ usque ad civitatem Sarus devehere possint. Budæ in festo Conversionis S. Pauli apostoli, anno 1355. Tertiis litteris Ludovicus rex pollicetur se Casimiro regi contra Litvanos in subsidium venturum, vel si ipse venire non potuerit, majores quam antea copias missurum. Datum Budæ, 24 januarii, anno 1355.

Dogiel, *Codex dipl.* t. I, fol. 37.

Ludwik z domu andegaweńskiego, siostrzeniec Kazimierza Wielkiego, król węgierski od roku 1342, polski od 1370, umarł 1382.

Instrumentum notarii publici, quo modo certi barones Hungariæ præstiterunt juramentum fidelitatis Casimiro regi. Anno 1355.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 38. Datum in Zadoch in vigilia SS. Philippi et Jacobi, anno 1355.

Ludovicus rex Hungariæ, licet jam a Casimiro rege Poloniæ successor regni Poloniæ declaratus sit, si tamen idem rex aut filia ejus ex ligitimo matrimonio masculam prolem susceperit, promittit se hoc illi jure cessurum, neque illud petiturum. Datum Cracoviæ, die S. Stanislai, anno Domini 1364.

Naruszewicz, pod rokiem 1364 w nocie 43 wypisał tę umowę z archiwum koronnego, w której nie ma zapewnionego następstwa tronu dla potomka płci męzkiej z córki Kazimierza Wielkiego.

Ludovicus Hungariæ et Casimirus Poloniæ reges, Budæ congressi, fœdus inter se contra omnes hostes, præcipue vero contra Carolum Romanorum imperatorem sanciunt. Datum Budæ, feria quarta Cinerum, anno 1369.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 39.

Elisabeth regina Hungariæ promittit Vladislao regi Poloniæ genero suo, assistentiam cum toto regno Hungariæ contra omnes hostes. Datum Budæ in vigilia Pentecostes, anno Domini 1386.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 40.

ELŻBIETA córka Stefana króla Bosnii i Elżbiety córki Kazimierza xięcia gniewkowskiego, wdowa po Ludwiku królu węgierskim i polskim, obieszona od zbuntowanych Węgrów 1387.

Sigismundus rex Hungariæ treugas seu inducias constituit cum Vladislao rege Poloniæ, ad annum a festo S. Michaelis archangeli. Anno Domini 1388.

ZYGMUNT ożeniony z Maryą córką Ludwika węgierskiego i polskiego, król węgierski roku 1382, potem cesarz roku 1410, nakoniec król czeski roku 1419, zmarły 1437.

Proceres regni Hungariæ intermissam et nonnullis impedimentis distractam amicitiam novo fœdere innovant promittentes et regem, quem noviter electuri sunt, id observaturum, quod si is Polonis bellum inferre voluerit, eidem auxilium se non laturos, idem quoque et Poloni se facturos pollicentur. Insuper mutua inter gentes negotiatio conceditur. Datum in Zalatach, 4 aprilis, anno 1403.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 40.

Węgrzy zmierziwszy sobie panowanie obłudnego Zygmunta, uwięzili go i ofiarowali koronę roku 1402 Władysławowi Jagielle, który jej nie przyjął. Mimo to jednak panowie węgierscy przyrzekają ścisłą zachować przyjaźń z Polską, i nie wspierać nowego króla, gdyby ją chciał naruszyć.

Vladislaus rex Poloniæ confirmat transactionem per suos et regis Hungariæ commissarios factam. Datum Cracoviæ ante festum S. Andreæ, anno 1411.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 43.

Transactionis vero istius hæc contenta sunt : induciæ inter Sigismundum Hungariæ, et Vladislaum Poloniæ reges, ac Vitoldum fratrem ejus, a data præsentium ad festum Assumptionis beatissimæ virginis Mariæ serventur pro sancienda pace. Reges Sigismundus in Kiezmark, Vladislaus vero in Sandecz pro die Carnisprivii venire debeant, et ibi de personali conventione statuere. Quod si tunc de pace inter eos convenire non potuerint, iterum barones Hungariæ in Antiqua. et barones Poloniæ in Szlamowice villis convenient, differentias tollent, vel per modum concordiæ vel vigore justitiæ, secundum præscriptum Iglaviensis transactionis. Ita tamen hæc transactio firma futura est, si rex Poloniæ cum Cruciferis pacem servabit. Datum die sanctæ Elisabethæ, anno Domini 1411.

Proceres regni Hungariæ describunt firmam methodum, et locum amovendis controversiis, ut eo sanctius jura fœderis et amicitiæ observentur. Datum in Nova Villa, feria tertia ante Palmarum, anno 1411.

Instrumentum publicum, quod fidem facit proceres regni Hungarie, qui cum proceribus Poloniæ in villa Nowa wieś convenerant, stipulata manu promisisse regem Hungariæ pacem cum regno Poloniæ habiturum indissolubilem ad festum Nativitatis Domini proxime venturum, si magister et ordo Cruciferorum cum rege Poloniæ pacem similiter perpetuam constituet. Præterea promisisse eos... dare commissarios secundum formam in litteris superius scriptis contentam. Die ultima martii, anno 1411.

Sigismundus Romanorum et Hungariæ rex Vladislao regi Poloniæ, ipsiusque liberis jurat pacem et amicitiam, honoris ejus defensionem, et quod nunquam ad regnum, terras et principatus ipsius se intrusurus sit, aut quopiam modo ea prætensurus, nec in vitam, aut damnum ejus conspiraturus, imo quod sit omnes insidias et hostes ejus propulsaturus, eumque hoc juramentum observaturum fide jubent Joannes episcopus Strigoniensis, Hermanus comes Ciliæ, et Nicolaus de Gara palatinus regni Hungariæ. Datum in Liblo alias Lubowla, feria quarta proxima post dominicam Lætare, anno Domini 1412.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 40.

Między dokumentami xięstwa litewskiego znajduje się w oryginale watykańskim treść innego traktatu o Multany w Lubowli z cesarzem Zygmuntem zawartego, która się tu przynosi.

Fœdus inter Sigismundum regem Romanorum, Vladislaum regem Poloniæ, et Vitoldum magnum ducem Lithuaniæ, in quo inter ceteros concordiæ articulos quieta possessio Russiæ et Podoliæ, itemque feudum Moldaviæ Vladislao regi ad vitam reservatur, post mortem autem utriusque regis, intra quinquennium, fœdere hoc durante, de jure ad palatinatum Moldaviæ debet fieri cognitio, et interim palatinatus Moldaviæ, ad mandatum regis Poloniæ, Sigismundum imperatorem et Hungariæ regem contra Turcas pro suo posse juvare debet. Datum feria sexta proxima post conductus Paschæ, anno 1412.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 46. Długosz, lib. II. Prai, *Annales regni Hungariæ*, fol. 232.

Proceres regni Hungariæ dant salvum conductum Vladislao regi Poloniæ veniendi in Liblum feria quarta post dominicam Oculi, anno 1412.

Salvus conductus a proceribus regni Hungariæ datus proceribus regni Poloniæ ad conveniendum in Antiqua Villa. Datum in Antiqua Villa post Cantate, anno Domini 1412.

Concilium Constantiense per litteras hortatur Vladislaum regem, ut cum Vitoldo fratre suo, absente Sigismundo rege Hungariæ, causam Ecclesiæ in eodem concilio promovente, suscipiat defensionem regni Hungariæ a Turcis impetiti. Datum Constantiæ, die 16 calend. septembris, anno Domini 1415.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 50.

Sigismundi imperatoris Romanorum regis Hungariæ fœdus cum Vladislao rege Poloniæ. Anno Domini 1415.

Ejusdem litteræ et procerum regni ejusdem, quibus concordia inter Sigismundum Hungariæ et Vladislaum Poloniæ reges facta in toto confirmatur. Datum in Kiezmark, anno 1423.

Dogiel, *Codex dipl.* t. I, fol. 52, feria tertia post dominicam Ramis Palmarum, 1423.

Salvus conductus Vladislao regi Poloniæ ad conveniendum cum Sigismundo rege Romanorum ac Hungariæ ad quæcumque loca Hungariæ et Poloniæ, specialiterque ad finem pontis in parte regni Hungariæ, qui pendet inter Antiquam Villam et Szlamowice, a proceribus regni Hungariæ datus. Datum in Antiqua Villa, anno Domini 1423.

Ejusdem Sigismundi salvus conductus eidem Vladislao regi et consiliariis ejus secum conveniendi in villa Szlamowice vel ubivis locorum. Datum in Antiqua Villa, feria sexta ante Judica, anno Domini 1423.

Idem dat salvum conductum prælatis et baronibus Vladislai regis Poloniæ ad continuandum conventionem in villa Szlamowice pro componendis discordiis. Datum in Kiezmark, anno 1423.

Vladislaus rex Poloniæ dat plenipotentiam Joanni episcopo Vladislaviensi, Sandivogio de Ostrorog Posnaniensi, Mathiæ de Łabiszyn Brestensi, Jarando Inovladislaviensi palatinis, et aliis ad dislimitandas granicies inter Poloniæ et Hungariæ regna. Datum in Medica, anno 1427.

Jan Szafraniec, biskup władysławski czyli kujawski od 1426 do 1433. Sędziwoj Ostroróg, wojewoda poznański, zmarły 1439. Maciej z Łabiszyna, wojewoda brzesko-kujawski, u Niesieckiego od 1413 do 1421. Jarand z Grabie wojewoda inowrocławski od 1423 do 1438.

Plenipotentia Alberti regis Romanorum oratoribus suis ad tractandum de pace cum Vladislao rege Poloniæ. Datum Strigonii, sabbatho post S. Galli, anno Domini 1439.

Albert III cesarz, król czeski i węgierski od 1438 do 1439.

Joannes episcopus Seginensis Eugenii IV pontificis nuntius, inter Albertum Romanorum et Hungariæ, Bohemiæque, et Vladislaum Poloniæ reges, ac fratrem ejus Casimirum, inducias quadrimestres sancitur. Datum in Namysłów, die 10 februarii, anno Domini 1439.

Oratores Hungarici nomine procerum regni Hungariæ, et Elisabethæ reginæ Hungariæ, Vladislaum regem Poloniæ publice regem Hungariæ declarant, promittentes eum corona regni Hungariæ prima die maii insignire. Datum Cracoviæ anno 1440.

Dogiel, *Codex dipl.* t. I, fol. 53. Cracoviæ, die 9 martii 1440.

Proceres regni Hungariæ ex præscripto responsi Joanni de Koniecpole regni Poloniæ cancellario, et Petro de Kurow castellano Sandecensi dati, mittunt oratores suos ad Vladislaum regem Poloniæ, eosque sufficientibus mandatis instructos ea expedire jubent, quæ in commissis habent. Datum Budæ, anno Domini 1440.

Jan z Koniecpola, kanclerz wielki koronny od 1433 do 1455.

Iidem mittunt e medio suo oratores Vladislaum regem Poloniæ, Hungariæque noviter electum, deducendum in regnum Hungariæ, ab eoque petunt ut quam celerrime in Hungariam veniat. Datum Budæ in festo S. Gregorii, anno Domini 1440.

Ordines regni Hungariæ in conventu Budenensi post mortem Alberti imperatoris, Hungariæ regis, cum consensu Elisabethæ reginæ Hungariæ, posteaquam accepissent oratores suos, quos ad Vladislaum regem Poloniæ regnum Hungariæ ei delaturos miserant, omnia juxta datam informationem expedivisse, atque eumdem regem quoque Hungariæ renuntiasse, non obstante quod Elisabeth se filium peperisse intimaverit, hanc eorum renuntiationem publico regniscito approbant. Datum Budæ die SS. Petri et Pauli apostolorum, anno Domini 1440.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 54.

Postea cum regina Elisabeth infantem trimestrem clam sublata corona regni coronasset, coronamque abscondisset, proceres regni ad coronandum electum regem prænominatum Vladislaum Budæ collecti, in primis hanc infantis coronationem uti sine consensu suo factam reprobant, deinde in defectu coronæ regiæ aliam ex reliquiis S. Stephani regis, apostoli et patroni sui detractam, electo regi imponunt, declarantes eum regem coronatum censeri, omniaque jura regalia illi ita coronato competere debere, cassantes item coronationem posthumi trimestris sub pœna infamiæ perpetuæ et confiscationis bonorum contra adversarios huic coronationi. Datum in Alba Regali, die 17 julii, anno Domini 1440.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 56. DU MONT, t. III, part. 1, fol. 89.

Proceres regni Hungariæ assumptionem Vladislai regis Poloniæ ad regnum suum, cum assensu Elisabethæ reginæ viduæ factam, iterum renovant, non obstante coronatione infantis, Alberti defuncti regis filii. Datum Budæ, ipso die SS. Petri et Pauli apostolorum, anno Domini 1441. Appensa sunt plurima sigilla.

Friderici cæsaris, et regis Hungariæ et Bohemiæ mandatum et deputatio commissariorum ad tractandum de pace et componendum controversias cum Casimiro rege Poloniæ, et Casimiro filio. Datum in Namysłow, anno Domini 1470 ?

KAZIMIERZ, syn młodszy Kazimierza Jagiellończyka, ogłoszony był 1471 roku królem węgierskim od samychże Węgrów, lecz Maciej Korwin król węgierski za pomocą tychże Węgrów, z którymi się potrafił pojednać, Kazimierza do ustąpienia z Węgier przymusił.

Casimirus rex Poloniæ cum filio suo Casimiro hærede regni Hungariæ Stephanum et Georgium de Wibno hæredes cum castro illorum Biława recipiunt in protectionem. Datum Cracoviæ anno Domini 1471.

Marcus cardinalis legatus apostolicus prorogat inducias inter Mathiam Hungariæ et Casimirum Poloniæ reges, sub censura ecclesia-

stica qui illorum easdem violare præsumpserit. Datum Nissæ, anno Domini 1473.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 67. 14 aprilis 1473.

Oratores a rege Mathia ad confinia regni missi, cum commissariis regis Poloniæ in Antiqua Villa convenientes, hæc de pace statuunt: hanc perpetuam inter regna et reges esse debere, ne quis prædandi causa ex uno in alterum regnum audeat transire, transgressores puniantur, una cum eorum receptatoribus res ablatæ restituantur, privatæ injuriæ jure componantur, stipendia militibus retenta solvantur, repressalia inhibeantur. Si quæ majores differentiæ intercesserint, eas ex more veteri proceres utriusque regni dirimant. Datum feria secunda proxima ante festum Cathedræ B. Petri apostoli, anno 1474.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 69.
MACIEJ KORWIN, syn Hunlady, król węgierski, od 1458 do 1490.

Mathias rex Hungariæ mittens oratores suos ad conventum cum Polonis in locis consuetis celebrandum, dat illis plena mandata ad transigendum cum ordinibus regni super quibuscunque negotiis regnorum Hungariæ et Bohemiæ. Datum in Eperies, anno Domini 1474.

DOGIEL, *Codex dipl.*, fol. 68, feria quarta inter octavas festi Epiphaniarum Domini, anno 1474.

Fœdus inter Mathiam Hungariæ, et Casimirum Poloniæ reges per oratores utriusque partis sancitum his conditionibus. Limites seu confinia regnorum intacta et illæsa sunto, nec ex alterutro regno damnum cuipiam inferatur. Proclamatio pacis et exinde cultus amicitiæ inter regna incolasque regnorum sit, licentiosius se gerentes puniantur, fortalitia in confiniis regnorum non erigantur, si aliquæ res raptæ, impulsæ et importatæ fuerint in oppido aut civitate alicujus regni, capitanei requisiti justitiam præstent, si differentiæ aliquæ inter regnicolas ortæ fuerint, non ideo pax violata esse intelligatur, cum ex regula justitiæ aut per officiales aut ipsos reges hæc possunt componi. Pro debitis, servitiis, obligationibus, ordinarii judices lites dirimant, spolia et furto occulto ablata, si aliquando cognita fuerint, restituantur, et damnificatores puniantur, aresta mercatorum illegitima penitus tollantur, nec unquam fiant. Si aliquando inter reges differentia orta fuerit, et per nuntios componi non potuerit, in hoc casu ad avertendas inimicitias instituta dieta res omnes moderentur. Datum Budæ in conventu generali, ipso die S. Georgii, anno Domini 1474.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 73. Die 23 aprilis, anno 1474.

Mathias rex Hungariæ pacem inter se et Casimirum regem Poloniæ conclusam in toto approbat. Datum die dominico post festum S. Mathiæ apostoli, anno Domini 1474.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 71, datum Bathffe.

Casimirus rex Poloniæ inducias triennales inter se, Mathiam Hungariæ, et Vladislaum Bohemiæ reges, per certos consiliarios factas, sub certis conditionibus approbat. Datum in Nova Korczyn, feria secunda post Invocavit, anno 1474.

Władysław, syn Kazimierza IV, naprzód krol czeski roku 1471, potem węgierski roku 1490, umarł 1516.

Mathias Hungariæ et Bohemiæ rex salvum conductum oratoribus Casimiri regis ad conventionem in civitate Ołomucensi celebrandam pro die S. Sigismundi veniendi cum mille et quingentis equitibus, secureque commissum sibi negotium tractandi. Datum Cassoviæ, anno Domini 1474.

Salvus conductus Mathiæ regis Hungariæ oratoribus Casimiri regis Poloniæ ad conventionem in Ołomucensi civitate personalem inter dictum Mathiam Hungariæ et Vladislaum Bohemiæ reges desinatam. Datum Cassoviæ die 7 januarii, anno Domini 1479.

Tractatus inter Hungariæ et Poloniæ reges de magistro Prussiæ, et Nicolao Tungen episcopo Varmiensi. Datum Budæ, feria sexta proxima ante dominicam Ramis Palmarum, anno 1479.

Dogiel, *Codex dipl.* t. I, fol. 77.

Marcin Truchsess z Wetzhausen, mistrz krzyżacki od 1477 do 1489. Mikołaj Tungen, biskup warmiński od 1471 do 1489.

Joannes Albertus regni Hungariæ electus suscipit in protectionem Stephanum Rozgowi Hungarum. Datum in campo juxta villam Demeski, feria quinta post festum S. Mathæi, anno Domini 1490.

Inter Vladislaum Hungariæ et Bohemiæ regem et Joannem Albertum, fratres, occasione regni Hungariæ concordia per oratores Casimiri regis Poloniæ confecta his conditionibus. Imprimis rex Vladislaus dat fratri certas ditiones in ducatu Silesiæ, deinde si absque prole decesserit, et litteræ inscriptionales, quas ordines Hungariæ imperatori Romanorum et ejus filio de eligendis illis in reges Hungariæ dederant, recuperari aliquo modo possint, se effecturum pollicetur, ut oratores Hungariæ eum in regem eligant. Proceres Hungari, qui Joanni Alberto in hac dissensione adhæserunt, immunes ab hac culpa pronunciantur, juramentum quod Joanni Alberto præstiterunt relaxetur, damna compensentur, intercepta castra restituantur, proscriptis a rege Mathia in odium regis Poloniæ bona

restituantur, debita Cracoviensibus et Cassoviensibus mercatoribus persolvantur, bona civium Cracoviensium Cassoviæ arestata restituantur, antequam castra in Silesia Joanni Alberto tradantur, civitates Eperies et Zeben retinebit, cæteras omnes dimittet, articulos pacis præsentes rex Poloniæ confirmet. Datum inter exercitus utriusque partis penes civitatem Cassoviensem, anno Domini 1491.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 79, in dominica Invocavit, anno 1491.

Vladislaus rex Hungariæ et Bohemiæ fœdus iniit cum Joanne Alberto rege Poloniæ, non solum contra Turcas, verum etiam contra utriusque subditos, si aliqui rebellarent, vel proventus aut alia jura regalia indebite usurparent. Datum in arce Budensi, in vigilia S. Nicolai, anno 1492.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 86.

Idem Dominico episcopo Varadiensi, Balthasaro de Bathian alias Bano, oratoribus suis, dat facultatem cum Joanne Alberto fratre suo rege Poloniæ, omnia quæ pacem, concordiam, securitatem utriusque regni concernunt, tractandi et concludendi. Datum Budæ, die Conceptionis beatissimæ virginis Mariæ, anno Domini 1498.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 95.

Inter Vladislaum Hungariæ, et Joannem Albertum Poloniæ reges, fœdus interventu mutuorum oratorum ictum his conditionibus. Rex Poloniæ Stephanum palatinum Moldaviæ armis non infestet, injurias condonet, regibus præfatis bellum contra Turcam moventibus in propria persona Stephanus cum omni potentia assistet, vel si ægritudine detentus fuerit, filium Bohdan mittet, et ad idem successores ejus teneantur, Turcis transitum per ejus terras habere volentibus prohibebit, et de eo reges præfatos certiores reddet. Inter reges fratres et Alexandrum ducem Litvaniæ fœdus perpetuum sit, quo regna et dominia illis subjecta contineantur, neuter sine alterius voluntate pacem cum Turcis faciat, de subsidiis sibi mutuo ferendis in comitiis futuris statuent, injuriæ subditorum per commissarios decidantur. De modo belli Turcis inferendi tractetur, reges in personis suis convenire debent. De finibus commissarii statuant, a principibus christianis per communes oratores subsidia petenda. Si Turcæ cum decem vel duodecim millibus exercitus vel Poloniam vel Hungariam invadent, rex alter alteri subsidia mittere tenebitur. Quod si ipsemet imperator Turcarum in persona, vel Bassa aliquis cum potenti exercitu veniret, reges ipsimet in personis suis ferre sibi subsidia debent. Quod si communibus viribus Turca aggrediendus erit,

id consilio mutuo peragetur. Deinde pro palatino Moldaviæ rex Hungariæ fide jubet. Datum Budæ, feria tertia ante festum Pentecostes, anno Domini 1499.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 96. Datum Cracoviæ, 14 aprilis, anno 1499.

Proceres regni Hungariæ fœdus inter Vladislaum Hungariæ et Joannem Albertum Poloniæ reges sancitum in toto approbant. Datum Budæ, anno Domini 1499.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 103, Feria quarta proxima ante festum Pentecostes, anno 1499.

Inter Vladislaum Hungariæ et Bohemiæ, et Sigismundum Poloniæ reges, fœdus perpetuum per oratores regis Poloniæ Budæ constitutum. Imprimis sancitur inter fratres perpetua amicitia, inter regna præfata vicinitas, societas contra omnes hostes. Contra Turcam si bellum gerendum erit, id, petito a sede apostolica et aliis principibus auxilio, communi consilio geretur. Superstitibus iisdem regibus et eorum prole masculina legitime in regnum eligenda, Moldavia ad regnum Hungariæ pertineat. Interim vero reges de concordia ratione istius provinciæ rationes inibunt, quo prospiciatur ne, extinctis regum hæredibus, bellum ratione hujus rei inter regna oriatur. Diuturnitas temporis utriusque regni juribus non afferat nocumentum. Palatinus Valachiæ, Turcis et Tartaris regna prædicta invadentibus, cum omnibus viribus suis resistere debet; si quid contra regem Poloniæ moliretur, tanquam rebellis a rege Hungariæ habebitur. Si Turca, vel Tartarus Moldaviam invadere vellet, communibus viribus illis resistendum; pulsis Turcis, rex Poloniæ Moldavia excedat. De bello contra Turcas suscipiendo, communicatis consiliis statuendum. Capta ex Turcis ejus esse debent, cujus ante erant, de novo vero adepta ex æquo dividantur. Turca vel Tartaro bellum contra aliquem regem in persona sua movente, ambo reges in personis suis illi resistent. De finibus commissarii cognoscant. Neuter regum cum aliquo principe in præjudicium alterius fœdus sanciat. Datum Budæ, feria sexta ante festum SS. Trinitatis, anno Domini 1507.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 104.

Transumptum ejusdem fœderis.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 108.

Sigismundi regis Poloniæ cum Vladislao Hungariæ rege fratre suo, et inter hæc regna utraque fœdus, sub titulo Sigismundi et triginta sex consiliariorum Poloniæ contra Turcas, et palatinum Moldaviæ,

si rebellis foret, initum. Cujus simile est inter litteras Poloniæ sub sigillis quatuor oratorum. Anno 1507.

Idem fœdus inter se, et Vladislaum Hungariæ regem per oratores confectum, Sigismundus rex Poloniæ de consensu consiliariorum approbat. Datum Petricoviæ, die 1 aprilis, anno Domini 1509.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 113.

Ludovicus Hungariæ rex Friderico duci Lignicensi, Georgio marchioni Brandeburgensi, Ambrosio Sarkan de Ilkokazal et Onnod, commissariis suis, dat facultatem controversias inter Sigismundum regem Poloniæ et Albertum supremum in Prussia ordinis Teutonici magistrum agitatas cognoscendi, sopiendi et componendi. Datum Budæ, anno Domini 1521.

Ludwik, syn Władysława Jagiellończyka, król po ojcu czeski i węgierski, zginął w bitwie z Turkami pod Mohaczem roku 1526.

Bernardus Gasparus Tridentinus, et Leonardus ab Harrack eques auratus, ex mandato et commissione Ferdinandi, Bohemiæ et Hungariæ regis, deputati, dant testimoniales Christophoro de Szydłowiec in Chmielow et Opatów domino, palatino et capitaneo Cracoviensi, regni cancellario, oratori Sigismundi regis Poloniæ, de pace et conditionibus cum Joanne, comite Scepusiensi, woiewoda Transylvaniæ (Zapolski), conclusis et acceptatis. Datum in arce Pragensi feria quarta post dominicam Oculi, anno 1527.

Ferdynand I, król czeski i węgierski roku 1527, cesarzem roku 1556, zmarły 1564. Krzysztof Szydłowiecki naprzód wojewoda, potem kasztelan krakowski, kanclerz wielki koronny, zmarły 1532.

Petrus Kmita de Wisnicz, palatinus et capitaneus Cracoviensis ac mareschalcus regni, orator ad regem Hungariæ, acceptat reformationem Isabellæ reginæ factam, eamque serenissimos reges Poloniæ pro rato et grato suscepturos declarat. Datum Budæ, die 25 febr., anno Domini 1540.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 146.
Piotr Kmita, wojewoda krakowski, marszałek wielki koronny, zmarły 1551.

Joannes rex Hungariæ scribit ad Joannem Lutomirski, nuntium regni Poloniæ, ut Vladislao et Stephano a se missis in omnibus det fidem. Datum Varadini, die 29 martii, anno Domini 1540.

Jan Zapolski, wojewoda siedmiogrodzki, król węgierski, małżonek Izabelli córki Zygmunta I, chociaż popierany przez część Węgrów i Solimana, nie utrzymał się przeciw Ferdynandowi.

Idem assignatis certis arcibus et oppidis in assecurationem dotis Isabellæ reginæ consorti suæ, declarat ab omnibus arcium et civitatum reformationi ejusdem subjectarum præfectis obedientiam et fidem juramento ipsi præstandam esse in verba quæ ex mandato ejus concepta conscriptaque sunt. Datum Budæ, ante Reminiscere, anno 1540.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 145.

Petrus Kmita in Wisnicz, palatinus et capitaneus Cracoviensis, mareschalcus regni, orator ad Joannem Hungariæ regem, recognoscit ab eo sufficientem Isabellæ Sigismundi regis filiæ consorti ipsius factam esse reformationem, eamque serenissimos reges suos ratam habituros pollicetur; et cum certa adhuc pars dotis persoluta non esset, eumdem Joannem regem ad festum S. Georgii tempus satisfactionis indulsisse significat. Datum Budæ, die 28 febr., anno Domini 1540.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 146.

Sigismundus rex Poloniæ dat mandatum seu plenipotentiam eidem Petro Kmita, ut attendat quo Isabellæ reginæ Hungariæ filiæ suæ sufficienter de dote et contradote a marito ipsius Joanne rege Hungariæ caveatur. Datum Cracoviæ, die sanctæ Dorotheæ, anno Domini 1540.

Joannes rex Hungariæ et Isabella cum consensu illius renuntiat bonis paternis et maternis, et omnibus prætensionibus ad Sigismundum regem et conjugem ejus, excepto si rex Sigismundus Augustus absque mascula prole decessisset, se maternæ hæreditatis tantum participem in Italia fore debere, tum et summarum pecuniariarum in certis oppidis in regno et magno ducatu Litvaniæ eidem inscriptarum. Datum Budæ, in dominica Reminiscere, anno Domini 1540.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 143.

Idem Isabellæ reginæ consorti suæ ratione dotis et contradotis quadraginta millium aureorum in certis bonis inscribit et assignat. Datum ut supra.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 143.

Idem oppidum Dobrecense reginæ Isabellæ in dote obligatum pollicetur intra biennium de manibus moderni possessoris se eliberaturum. Datum Cassoviæ, die 18 maii, anno 1540.

Dogiel, *Codex, dipl.* t. I, fol. 145.

Plenipotentiarii Joannis Hungariæ regis recognoscunt se accepisse de manibus Lutomirski aulici et mandatarii Sigismundi regis Poloniæ summam dotis restantem Isabellæ Hungariæ reginæ debitam. Datum ut supra.

Plenipotentia Joannis Hungariæ regis data suis mandatariis ad recipiendum reliquum dotis Isabellæ reginæ consorti ipsius debitæ. Datum Varadini, anno ut supra.

Litteræ Isabellæ principis Hungariæ ad regem Poloniæ, in quibus scribit rem totam nomine suo dominum Grabowiecki, ad se a rege missum, delaturum esse. Datum Petricoviæ, die 25 augusti, anno Domini 1550.

Copia responsi a regina Hungariæ ad regem Poloniæ, Sigismundum, per Joannem Sierakowski allati, quod continet querelas contra imperatorem Romanorum, et quod invita sub protectionem (puta Turcarum) transitura sit. Anno Domini 1554.

Joannes Sigismundus electus rex Hungariæ, ad regnum Hungariæ restitutus, matri suæ Isabellæ in locum arcium, quæ in dote illi erant obligatæ interceptarum, arces Hust, Vivar et Hergen inscribit. Albæ Juliæ, die 20 martii, anno Domini 1557.

Janusz Zygmunt, siostrzeniec Zygmunta Augusta, król węgierski, zmarły 1570.

LITTERÆ REGNI BOHEMIÆ.

Venceslai regis Romanorum et Bohemiæ fœdus cum Vladislao rege Poloniæ et regnis utrisque. Promittit Bohemiæ rex sexcentos milites cum lanceis et totidem balistis, ad quamlibet requisitionem Vladislai regis, contra quoslibet hostes, excepto imperatore, electoribus, episcopo et civitate Vratislaviensi, ducibusque Poloniæ et Silesiæ, ac omnibus vasallis. Describuntur conditiones subsidiorum ac ligaminum mutuæ charitatis. Datum Pragæ, die 25 junii, anno Domini 1395.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 6.

Wacław, syn Karola IV z domu Luxemburskiego, od roku 1378 król czeski i cesarz po ojcu, złożony z cesarstwa 1400, umarł 1419.

Joannes episcopus Lubucensis, et Vilhelmus Hase præpositus Boleslaviensis, legati, testantur se fœdus composuisse inter Ven-

ceslaum Romanorum et Bohemiæ, et Vladislaum Poloniæ reges, promittentes supra nominatos reges omnes conditiones pactorum in omnibus punctis et clausulis servaturós et accepturos. Datum Cracoviæ, die sacratissimi Corporis Christi, anno Domini 1395.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 6

Sigismundus Romanorum, Hungariæ et Bohemiæ rex, justificat Vladislaum regem Poloniæ, quod hæreticis Viclevistis de Bohemia non præbuit auxilia. In eadem justificatione fit mentio congressus dictorum regum in terra Scepusiensi districtu Strigensi propre antiquam villam, die 21 martii circa metas Hungariæ et Poloniæ, ad tractanda pacis commoda regnicolis ab utrinque profutura, ... die 9 aprilis 1423.

Działo się to na zjeździe w Czorsztynie, gdzie pojednany Zygmunt cesarz dał świadectwo, że król polski nie wspiera heretyków czeskich. Jakoż Władysław Jagiełło pomimo zawartych traktatów czyli raczej rozejmów, w ciągłych zatargach z krzyżakami, nie chcąc urazić stolicy apostolskiej, zwłaszcza że papież Marcin V pisał do niego piorunujące listy, grożąc klątwą i wojną krzyżową, jeśliby wspierał różnowierców czeskich, synowca swego Zygmunta Korybutowicza, przez Hussytów na króla czeskiego wyniesionego, z Czech odwołał.

Venceslaus, Przemko, et Joannes duces Osviecimenses, paciscuntur cum Vladislao III rege Poloniæ inducias annuales, ac pollicentur, si hoc tempore unus aut duo Silesiæ duces Casimiro, electo regi Bohemiæ, regi Vladislai fratri germano adhæserint, se quoque fidelitatem ei præstituros. Datum......

Po śmierci Zygmunta cesarza, tudzież króla czeskiego i węgierskiego, który zostawił tylko córkę Elżbietę wydaną za Alberta xięcia rakuskiego, późniéj cesarza, Czesi na zgromadzeniu w Tabor roku 1437 obrali królem Kazimierza, brata młodszego Władysława III, lat jedenaście mającego, który nie utrzymał się na tronie czeskim. Lubo Elżbieta we cztery miesiące po śmierci męża powiła syna, Władysławem Pogrobowcem nazwanego, Czesi wybrali z pośród siebie Jerzego Podiebrackiego.

Georgius Bohemiæ rex mittit oratores suos ad conventum in Bithom instituendum tractandæ pacis et concordiæ causa, et ad statuendum ea quæ utriusque regni tangunt incrementa. Datum Pragæ, die 17 novembris, anno Domini 1460.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 10.
JERZY PODIEBRADZKI, król czeski, od 1458 do 1471.

Oratores regis Bohemiæ cum nuntiis Casimiri Poloniæ regis in conventu Bithomiensi fœdus paciscuntur, quo spondent reges præfatos amicitiam et societatem contra omnes hostes, tam seculares

quam spirituales (summo Pontifice excepto), conservaturos. Cavetur item ne ab utrinque damna inferantur de castris et fortalitiis. De quibus regem Poloniæ rex Bohemiæ inculpat, in conventu regum eorundem personali Glogoviæ, pro festo Circumcisionis celebrandum, jure decidatur. Inscriptiones veteres inter utraque regna ibidem confirmentur, exceptis articulis duces Masoviæ contingentibus, quos rex Poloniæ confirmare non tenebitur. De dote Elisabethæ reginæ ibidem transigatur. Datum in Bithom, in vigilia S. Jacobi, anno Domini 1460.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 10, z data : in Bithom, sabbatho in vigilia S. Andreæ, 29 novemb. 1460.

Pacta inter Georgium Bohemiæ, et Casimirum Poloniæ reges, contra Turcarum imperatorem. Promittit rex Poloniæ, si Bohemia a Turca infestetur, se in persona sua opem ei laturum, id ipsum rex Bohemiæ facturus est contra alios hostes; præterea contra omnes hostes, tam seculares, quam spirituales (summo Pontifice excepto), mutuum sibi spondent auxilium. Damna mutua arceantur, de injuriis jure transigatur, moneta legitima cudatur. Causa Henrici ducis Crosnensis Glogoviæ a mutuis commissariis decidatur in oppido Babimost. Item pro castris et fortalitiis Oświecim, Wołek, Dewoz, Zator, Berwald, Żywiec, cum terris, oppidis, villis, districtibus et subditis ad ipsa pertinentibus, quæ rex Poloniæ possidet, rex Bohemiæ convenit, ut rex Poloniæ ad vitam possideat. Dotem Elisabethæ reginæ debitam, rex Poloniæ, vivente rege Bohemiæ, non repetat. Datum Glogoviæ, anno Domini 1462.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 14, ipso die Ascensionis Domini 1462.

Litteræ a proceribus regni Bohemiæ confœderatis, quibus significant Casimiro regi Poloniæ, Georgium quondam regem suum a Paulo papa II, tanquam hæreticum et parjurum excommunicatum et regno privatum esse, ac se ab illo tanquam romanæ Ecclesiæ obedientes recessisse, petuntque a Casimiro rege Poloniæ cujus conjux et filii veri legitimi sunt hæredes regni Bohemiæ, ut eos in patrocinium suum suscipiat, et contra Georgium in cujus sunt obsidione opem eis ferat. Datum in Nova Domo, sabbatho post SS. apostolorum Philippi et Jacobi, anno Domini 1467.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 20.

Oratores Ordinum regni Bohemiæ, ad comitia post mortem Georgii regis in campis Kuthnensibus congregatorum, missi ad Casimirum regem et filium ejus Vladislaum, postulant eundem Vladislaum

in regem Bohemiæ. Datum Cracoviæ, die sabbathi in festo SS. Petri et Pauli apostolorum, anno Domini 1471.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 22.

Mathias rex Hungariæ et Bohemiæ oratoribus Casimiri regis Poloniæ, et Vladislai ejus filii Opaviam conventuris Bohemis, qui ex parte Vladislai eo venturi sunt usque ad numerum mille equitum, dat salvum conductum. Datum Budæ, anno Domini 1473.

Vladislaus Bohemiæ rex cum Casimiro rege Poloniæ patre suo sancit fœdus, eo adjecto ut si Mathias rex Hungariæ pacta vetera servare non voluerit, et alterutrum ex regibus bello appetierit, mutuum sibi auxilium totis viribus ferre debeant. Datum Pragæ, die 23 aprilis, anno Domini 1489.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 23.
WŁADYSŁAW król czeski od 1471, węgierski od 1490, umarł 1516.

Christophorus de Szydłowiec, palatinus Cracoviensis, regni cancellarius, regis Sigismundi apud Ferdinandum Bohemiæ regem orator, testatur se eidem regi exhibuisse fœdus inter Casimirum Poloniæ et Georgium Bohemiæ reges anno 1462 initum, cujus primum articulum de societate belli contra Turcam Ferdinandus rex ad Ordines regni sui relaturum se promittit, pariter de societate contra hostes, ut Carolus imperator exciperetur, voluit. Ceteri articuli de injuriis non inferendis, de puniendis transgressoribuset maleficis, de securitate viarum, de moneta, de commissariis sive judicibus, qui lites et controversias dirimant in finibus utriusque Silesiæ et utriusque Poloniæ, et conventus hac de causa faciant dandis, secundum præscriptum ejusdem fœderis conclusum est. Quod si rex alter ab altero quidpiam prætenderet, judicem vel judices de consensu legent. Adjunctum est præterea, ut iidem reges et Joannes comes Scepusiensis, woiewoda Transilvanus, Olomucium oratores suos ad tractandum de pace nuntios mittant. Datum Pragæ, feria quinta post dominicam Oculi, anno Domini 1527.

FERDYNAND I, król czeski i węgierski po zabiciu Ludwika synowca Zygmunta pod Mohaczem, roku 1526, cesarz 1556, umarł 1564.

LITTERÆ REGNI DANIÆ.

Ericus Daniæ et Seveciæ rex amicitiam et fœdus cum Vladislao rege Poloniæ, et Vitoldo duce Litvaniæ sancit. Mutua sibi auxilia contra omnes hostes, cum omni potentia sua ferre promittunt. Datum in castro Haffnensi, in vigilia Nativitatis beati Joannis Baptistæ, anno Domini 1419.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 352.
ERIK, xiążę pomorski, król duński i szwedzki od roku 1412, abdykował 1438.

Sigismundus rex renovat fœdus pristinum cum Joanne Daniæ et Sveciæ rege, ac Christierno filio ejus, ita ut commercia utrinque sint libera, contra omnes hostes societas, etc. Insuper fœdus inter Vladislaum Poloniæ et Ericum Daniæ et Sveciæ reges initum confirmat. Datum Cracoviæ, 19 martii, anno Domini 1510.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 355.
JAN, król duński od roku 1483, syn jego Christian II, król duński i szwedzki od 1513 do 1523.

Confœderatio perpetua inter Joannem Daniæ, et Sigismundum Poloniæ, reges, et regna eorum. Datum in arce Haffnensi, die ultima julii, anno 1510.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 356.

Plenipotentia Friderici II Daniæ regis commissariis suis ad tractandum adversus Svecum cum commissariis Sigismundi Augusti regis Poloniæ. Elsburgi, quinto mensis septembris, anno Domini 1563.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 364.
FRYDERYK II, król duński od 1559 do 1588.

Idem pacta inter suos et Sigismundi Augusti regis Poloniæ commissarios de bello contra Sveciæ regem constituta confirmat. Datum Friderichsburgi, octavo calend. martii, anno 1564.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 364.

Idem mittit oratores suos ad tractandum cum oratoribus Sigismundi regis Poloniæ de societate armorum contra regem et

regnum Sveciæ. Datum Elsburgi, die 5 mensis septembris, anno Domini 1565.

Gdy po dobrowolnem poddaniu się Inflant Zygmuntowi Augustowi, król szwedzki Erik XIV nie przestawał wdzierać się do tego kraju, zawarł król polski z Fryderykiem II królem duńskim przymierze przez wysłanego naprzód do Stralsundu, potem do Szczecina posła Franciszka Russockiego kasztelana nakielskiego. Lubeka przystąpiła także do tego przeciw Szwecyi przymierza, zkąd się zapaliła powszechna prawie na północy wojna, w której Jan xiążę finlandzki, małżonek Katarzyny Jagiellonki, trzymający przeciw bratu stronę szwagra, dostał się do niewoli, i która wśród obopólnych strat i korzyści na morzu i na lądzie, przeciągnęła się aż do wpadnięcia w szaleństwo Erika i złożenia go z tronu przez braci Jana i Karola 1568 roku.

Plenipotentia Friderici III Daniæ regis commissariis suis ad tractandum cum plenipotentiario Joannis Casimiri regis Poloniæ, generoso Tobia Morsztyn subdapifero Cracoviensi, intimo regiæ cameræ familiari, internuncio. Datum in castro Haffnensi, die 18 julii, anno Domini 1657.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 379.
Fryderyk III król duński, od 1648 do 1670.

Instrumentum cum subscriptionibus principum Daniæ, quo ratificatur fœdus inter Daniæ et Poloniæ reges contra Carolum Gustavum regem Sveciæ sancitum, cum sigillo regis Daniæ et 13 sigillis. Datum ut supra, anno eodem.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 379. Du Mont, *Corps dipl.*, t. VI, part. 2, fol. 189.

Instauratio et corroboratio fœderis inter Daniæ et Poloniæ reges per Tobiam Morsztyn plenipotentiarium regis, ac regnum Poloniæ contra regem Sveciæ sanciti. Datum Haffniæ, die 30 septembris, anno Domini 1658.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 381.

LITTERÆ REGNI SVECIÆ.

Protestatio consiliariorum regni Sveciæ nomine Stenonis Sturæ gubernatoris et aliorum consiliariorum contra Joannem regem Daniæ sub instrumento notarii publici edita. Actum anno Domini 1505.

Contractus matrimonii inter Joannem ducem Finlandiæ et Catha-

rinam infantem Poloniæ, Sigismundi filiam, quo nomine triginta duorum millium aureorum, ratione vero successionis bonorum in Italia quinquaginta ducatorum millia, et clænodiorum æstimatio ad 228,290 talerorum assignata sunt, quam summam idem dux in bonis certis reformat. Datum Vilnæ, die tertia octobris, anno Domini 1562.

Jan, xiąże Finlandyi, po bracie Eriku Jan III król szwedzki, od 1568 do 1592, ojciec Zygmunta III.

Catharina Sigismundi I regis Poloniæ filia, Joannis ducis Finlandiæ consors, cum consensu ejusdem mariti sui, renuntiat bonis omnibus paternis et maternis, excepto jure propinquitatis inter ceteras sorores. Datum Vilnæ, die quinta octobris, anno ut supra.

Joannes dux Finlandiæ eidem Catharinæ infanti Poloniæ consorti suæ inscribit doni nuptialis nomine tria millia talerorum in præfectura Abochensi quotannis percipienda. Datum Vilnæ, die decima octobris, anno Domini 1562.

Carolus Gustavus rex Sveciæ dat salvum conductum commissariis regis Poloniæ, et tractatibus locum Bransbergam et Frauenburgam assignat. Datum in Vismaria, 24 julii, anno Domini 1658.

Karol X, król szwedzki, od 1654 do 1660.

Authenticum originale instructionis ad tractatus svecicos a cancellaria regni majore Varsaviæ, die 25 maii, anno Domini 1659 datæ illustrissimis dominis Joanni de Leszno palatino Posnaniensi, Georgio in Wisnicz Lubomirski supremo mareschalco et campiductori regni, nominato Luceoriensi, Nicolao in Prażmow supremo cancellario regni, Christophoro Pac, supremo magni ducatus Litvaniæ cancellario, Andreæ Morsztyn referendario regni, Vladislao Rey thesaurario curiæ regni, Joanni Gniński, succamerario Pomeraniæ, commissariis. Varsaviæ, 25 maii, anno Domini 1659.

Du Mont, *Corps dipl.*, t. VI, part. 2, fol. 312.

Jan Leszczyński, wojewoda poznański, u Niesieckiego tylko pod rokiem 1661. Jerzy Lubomirski, hetman polny i marszałek wielki koronny, po ustąpieniu z Polski zszedł z tego świata we Wrocławiu 1667. Mikołaj Prażmowski, biskup łucki, kanclerz wielki koronny, umarł arcybiskupem gnieźnieńskim 1673. Krzysztof Pac, kanclerz wielki litewski, zmarły 1684.

Fascieulus in quo reperiuntur sex numero salvi conductus, tam a Svecis quam confœderatis Poloniæ. Anno Domini 1659.

Instrumentum pacis polono-svecicæ ab electore Brandeburgico, uti parte confœderata cum ratificatione. Est subscriptio domini me-

diatoris de Lumbres, et approbatio ipsius electoris manu subscripta. Olivæ 3 maii, anno Domini 1660.

Du Mont, *Corps dipl.*, t. VI, part. 2, fol. 303.

Instrumentum ejusdem pacis a commissariis electoris Brandeburgensis uti partis confœderatæ communicatum. Datum ut supra.

Instrumentum pacis polono-svecicæ cum ratificatione ejusdem post obitum regis Sveciæ a senatoribus regni illius commutatum. Datum ut supra.

Ratificatio eorundem pactorum post fata regis Sveciæ per senatores regni Sveciæ. Datum Stocholmiæ, die 14 junii, anno Domini 1660.

Plenipotentia Caroli XI regis matrisque ejus Hedwigis Eleonoræ reginæ, tum et tutorum procerumque regni Sveciæ, commissariis data ad tractandum cum rege et regno Poloniæ, in arce Holmensi, 10 aprilis, anno Domini 1660.

Du Mont, *Corps dipl.*, t. VI, part. 2, fol. 314, z datą: Gothoburgi, die 4 martii, anno 1660.

Karol XI król szwedzki, od 1660 do 1697.

LITTERÆ GERMANIÆ.

Albertus dux Saxoniæ, contracto inter filium ipsius Georgium et Barbaram Joannis Alberti regis Poloniæ sororem matrimonio, ac dote triginta millium hungaricalium accepta, eandem dotem assecurat, et matrimonialia dotalitia pacta confirmat. Datum Cracoviæ, die 11 aug., anno 1496.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 441.

Albert, xiążę saski, głowa linii Albertińskiej dziś panującej, zmarły 1500, syn jego Jerzy Bogaty zmarły 1539. Małżonka Jerzego Barbara, najmłodsza córka Kazimierza Jagiellończyka, zmarła 1534.

Pacta matrimonialia inter Sigismundum Augustum regem Poloniæ, nomine Sophiæ sororis suæ, et oratores Henrici junioris ducis Brunsvicensis inita. Datum Vilnæ, 30 novembris, anno Domini 1555.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 477.

Henryk młodszy, xiążę Brunswicki, zmarły 1568. Jego żona Zofia, córka Zygmunta I, zmarła 1575.

Henricus dux Brunsvicensis approbat eadem pacta. Datum in arce Wolffenbuttel, die 26 febr., anno Domini 1556.

Sigismundus Augustus assecurat Henricum juniorem ducem Brunsvicensem de dote triginta duorum millium aureorum, cum Sophia sorore sua ad certas rhatas persolvenda. Datum Varsaviæ, 23 januarii, anno Domini 1556.

Sigismundus Augustus cum consensu oratorum ducis Brunsvicensis prorogat solutionem primæ rhatæ dotis decem millium aureorum ad festum Paschatis proximum. Datum Varsaviæ, 23 januarii, anno Domini 1556.

Henricus dux Brunsvicensis Sophiæ consorti suæ in bonis specificatis dotem assecurat. Anno Domini 1556.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 486.

Idem pollicetur si e Sophia consorte sua prolem masculam susceperit, eam in ducatu sibi, non obstante quod e priori matrimonio Julium filium susceperit, successuram. Datum anno Domini 1556.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 494. Datum in Wolffenbuttel, 25 febr., anno 1556.

Idem pollicetur suo et successuram suorum nomine, defensionem bonorum Sophiæ conjugi suæ in dotem et contradotem obligatorum. Datum in Wolffenbuttel, 25 februarii, anno 1556.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 492.

Recognitio præfectorum et officialium civitatum Jerxeim et Schoningen de juramento fidelitatis Sophiæ ducissæ præstito. Datum in Wolffenbuttel, 25 februarii, anno 1556.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 493.

Abrenuntiatio Sophiæ infantis Poloniæ, ducissæ Brunsvicensis, cum consensu mariti facta, successioni paternæ, maternæ et fraternæ, exceptis bonis maternis, si rex Augustus nullos liberos susceperit, immobilibus quidem Italicis duntaxat, mobilibus vero ubivis locorum consistentibus. Datum in Wolffenbuttel, die 25 februarii, anno Domini 1556.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 485.

Pacta inter Sigismundum Augustum regem Poloniæ et Joannem Albertum ducem Mecklenburgensem principem Vandalorum renovantur, quorum conditiones hæ sunt : firma amicitia et societas perpetuo inter partes observetur, alter alteri contra hostes suppetias

ferat, pro cognitione damnorum alterutrius subditis per exercitus transeuntes illatorum commissarii ad certum locum deputentur, subditi profugi nonnisi prævio juramento, et nisi quinquaginta anni elapsi fuerint, extradantur. Varsaviæ, die 22 januarii, anno 1556.

Jan Albert, xiąże meklemburski, od 1547 do 1576.

Mimo tak ścisłą przyjaźń, jeden z xiążąt meklemburskich, Krzysztof, brat Jana Alberta, wkręciwszy się na koadjutora arcybiskupa ryzkiego, wystąpił przeciw unii Inflant z Polską, biegał do cesarza żeby ją rozerwać, a gdy u niego nic nie wskórał, wplątał się do wojny inflanckiej przeciw Polakom, w której pojmany i do Wilna odstawiony został. Ale że upiwszy się zabił Wąsowicza, dworzanina królewskiego, odesłany z Wilna na ściślejsze więzienie do Rawy, gdzie dosiedział aż do sejmu lubelskiego unii 1569 roku, na którym złożywszy królowi przysięgę wierności, do domu wrócił.

Henricus junior dux Brunsvicensis quietat de decem millium aureorum hungaricalium, ex summa triginta duorum millium aureorum, in vim dotis Sophiæ a Sigismundo Augusto rege, fratre, assignatæ provenientibus, pro secunda rhata acceptis. Datum in Wolffenbuttel, die 19 julii, anno Domini 1557.

Ejusdem percepta ultima rhata de tota et integra dote post Sophiam consortem suam quietatio. Datum in Wolffenbuttel, die 13 maii, anno 1558.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 496.

Modus prosequendæ justitiæ apud imperatorem Romanorum ex ducibus Brunsvicensibus, et aliis principibus Germaniæ.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 505 et 507.

Causæ Brunsvicenses cum Sigismundo rege tertio.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 503.

LITTERÆ BRANDEBURGENSES.

Cruciferorum christianæ religioni partam in jus sedis apostolicæ et S. Petri accipit, ac Cruciferis acquisita et acquirenda donat, salva ordinatione. Præterea inserit donationem terræ Culmensis longe diversam ab ea, quæ super connotata est, sensu quidem eodem sed verbis amplioribus, qua specialiter obligantur Cruciferi assistere Conrado duci contra Prutenos ac Saracenos, ditionibus illorum conterminos, quidquid potuerint acquirere large illis Conradus donat, actum in Kruszwica ante pontes, anno Domini 1230, mense junii. Datum Viterbii, VII calend. aug., pontificatus anno III (1257).

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 27. Theiner, *Vetera Monumenta Pol.*, t. I, fol. 73.

Alexander IV Cruciferis ordinis Teutonici eorumque terris, templis, omnes immunitates et indulgentias Templariis concessas communicat. Viterbii, tertio non. junii 1258.

Idem multis Cruciferis a paganis occisis et ingruentibus Tartaris, promittit Cruciferis ut cum principibus christianis confœderationem ineant. Anagniæ, 13 calend. januarii, anno 1259.

Idem terras per Cruciferos subsidio christiani exercitus acquisitas in jus et proprietatem S. Petri accipit, dummodo loca illa christianorum non fuerint, nec ad aliquos christianos pertineant a tempore cujus memoria nunc exstat, ditionesque ejusmodi ordini donat. Anagniæ, 7 calend. februarii, pontificatus anno VI.

Commutatio bonorum quorundam et molendinorum inter Cruciferos et Thorunenses. Datum Thorunii, die 3 post S. Gregorii, anno 1262.

Casimirus dux Lanciciæ et Cuiaviæ, exortis inter se et magistrum Prussiæ discordiis, de damnis et injuriis mutuis in ducem Samborium, et Volimirum Vladislaviensem episcopum ex sua parte compromittit. Datum Vladislaviæ, anno 1262.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 29. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, p. 67, w treści.

Wolimir, herbu Pobog, biskup wladyslawski czyli kujawski, od 1250 do 1271.

Idem de certis controversiis cum magistro Prussiæ in communes arbitratores consentit. Anno ut supra.

Idem ratione controversiarum inter se et magistrum ordinis Teutonici exortarum consentit in superarbitros, qui eas componant et decidant. Inovladislaviæ, anno Domini 1266.

Clemens papa IV confirmat Cruciferis acquisita et acquirenda de paganis. Pontificatus anno primo.

Klemens IV, od 1265 do 1268.

Præpositus Kruszwiciensis, et capellanus S. Laurentii ibidem recognoscunt villam Młyn a Ludovico magistro Prussiæ jure advitalitio sub censu libræ ceræ et denarii Coloniensis sibi collatam esse, eamque se possidere. Datum Thorunii, anno Domini 1267.

Hermanus Camenensis episcopus testatur se vidisse litteras Gregorii papæ, quibus confirmat donationem ducis Pomeraniæ domorum Starygrod et Lubiszow Cruciferis factam. Datum Laterani, 16 calend. aprilis, pontificatus anno XII.

Gregorius papa X immunitates a romanis pontificibus et libertates a regibus concessas Cruciferis confirmat. Datum Laterani, 3 calend. junii, pontificatus anno I.

Grzegorz X, od 1271 do 1276.

Innocentius papa V immunitates a romanis pontificibus et libertates a regibus et principibus ordini Cruciferorum concessas confirmat. Laterani, 2 calend. aprilis, anno 1266, pontificatus I.

Innocenty V, obrany w Arezzo 21 lutego 1276, umarł 22 czerwca tegoż roku, więc data mylna, a prawdziwa nie inna tylko 1276, bo ten papież tylko cztery miesiące na stolicy siedział.

Joannes papa XXI confirmat jura Cruciferorum Teutonicorum. Datum Viterbii, 15 calend. decemb., anno pontificatus I.

Jan XXI, obrany dnia 13 września 1276, umarł 27 maja 1277, przywalony sklepieniem pokoju.

Rudolphus imperator confirmat privilegium Friderici II imperatoris ordini Cruciferorum concessum. Viennæ, anno 1277.

Martinus papa IV jura ordinis Cruciferorum approbat. Datum apud Urbem veterem, 14 calend. septemb., anno 1282.

Marcin IV, od 1281 do 1285.

Nicolaus papa IV jura et privilegia Cruciferis concessa approbat, eximitque eos a secularibus exactionibus regum et principum. Datum Viterbii, 15 calend. aug., pontificatus anno I.

Nicolaus IV confirmat immunitates a romanis pontificibus et a regibus ordini Cruciferorum collatas, 6 calend. junii, anno 1288, pontificatus anno I.

Mikołaj IV, od 1288 do 1292.

Bonifacius papa VIII omnia jura et privilegia Cruciferorum confirmat. Romæ apud S. Petrum, anno 1296.

Bonifacy VIII, od 1294 do 1303.

Leszko dux Cuiaviæ et dominus de Wyszogrod, acceptis a magistro Conrado Sacco centum et octoginta marcarum denariorum Thorunensium, terram Michaloviensem quantum inter tres fratres ad suam sortem pertinebat hipothecæ nomine tradit ad tres annos, proventus nomine eleemosinæ condonat, ut a nullo alio nisi a se eximi possint cavet, quod si intra triennium non eximerit, territosium illud jure perpetuo addicit ordini. Datum in Thorun, feria sexta infra octavas S. Martini, anno Domini 1304.

Konrad Saccus, mistrz pruski prowincyonalny, od 1303 do 1309. Leszek, jeden z trzech synów Ziemomysła, xiąże kujawski na Inowrocławiu i Wyszogrodzie, prawnuk Konrada mazowieckiego, zastawił krzyżakom ziemię michałowską spadłą na siebie i na braci, bez ich zezwolenia i woli króla Łokietka, jako głowy linii kujawskiej i zwierzchnika całej Polski. W rok po tym frymarku pożyczył tenże Leszek od krzyżaków 120 grzywien na tęż ziemię, a lubo po powrocie Łokietka na tron, xiążęta kujawscy wracali te summy krzyżakom, ci woleli mieć ziemię niż pieniądze. Nakoniec roku 1317 zaprzedał wieczystem prawem tę zastawę, gdy mu zakonnicy dodali 200 grzywien denarów Turońskich, jak świadczy dokument pod tym rokiem.

Idem accepta iterum a Conrado Sacco magistro summa centum et viginti marcarum iisdem pactis territorium Michaloviense obligat. Datum Thorunii, die S. Calisti papæ, anno 1304.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 36. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, p. 168, w treści. Du mont, *Corps dipl.*, t. I, part. I, fol. 338.

Clemens papa V omnia jura, libertates et indulgentias magistro et ordini Teutonico concessas confirmat. Pictavii, anno 1308.

Klemens V, od 1305 do 1314.

Henricus de Plocko magister Prussiæ attestatur Præmyslaum ducem Cuiaviæ sibi ostendisse se in servitio patrui Vladislai ducis Cracoviæ in terræ Pomeraniæ gubernatione damni quatuor millia marcarum percepisse. Cum autem piscariam et villas inter Nogatum et recens mare hoc nomine sibi obstrictas habeat, easque Cruciferis vendere velit, hoc testimonium illi magister dat. Datum Thorunii, die SS. Philippi et Jacobi, anno Domini 1309.

Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, p. 187, w treści.
Henryk de Plotzke Sas, ostatni mistrz prowincyonalny pruski, przed przybyciem wielkiego mistrza Sygfryda Feuchtwangen do Prus roku 1309. Przemysław, xiąże kujawski na Bydgoszczy, jeden z trzech synów Ziemomysła, xięcia na Inowrocławiu, brat wspomnionego Leszka, synowiec Władysława Łokietka, przedał krzyżakom dobra swoje około Nogatu.

Joannes episcopus Plocensis cum Carolo de Treviris magistro

Prussiæ super territorio Michaloviensi et ducentis mansis ad castrum Kiemte pertinentibus paciscitur, ut elapsis septem annis magister quotannis solvat nonaginta marcas. Reservat sibi episcopus cæteras villas, quas eodem jure sicut villam Orzechowo possidebit. Datum apud Płock, 15 calend. julii, anno 1312.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 40.
Karol Beffart de Treviris, wielki mistrz krzyżacki, od 1312 do 1324. Jan III herbu Nałęcz, biskup płocki, od 1310 do 1318.

Leszko dux Cuiaviæ quum territorium Michaloviense ordini Cruciferorum prius in trecentis marcis et deinde in sexaginta duabus oppignoratum eximere vellet, at illi tempus exemptionis præteriisse causarentur, postremo tanquam viri religiosi et conscientiosi ducentas marcas eidem addiderunt, quibus ille acceptis jure perpetuo Carolo magistro Prussiæ terram Michaloviensem resignat. Datum in Nieszawa, 16 calend. aug., anno 1317.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 41. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, p. 207, w treści.

Venceslaus dux Masoviæ cum consilio Semoviti et Troydeni fratrum suorum societatem et amicitiam init cum Wernero magistro Prussiæ. Promittitur contra omnes hostes mutuum auxilium. Datum in Sadeberk, in crastino Circumcisionis, anno 1326.

Wańko † 1338, Ziemowit † 1343 i Troiden † 1341, synowie Bolesława xięcia na Płocku, Czersku i całego Mazowsza. Werner de Orselen, wielki mistrz krzyżacki od 1325, zabity nożem roku 1330.

Joannes Bohemiæ et Poloniæ rex, ac Lucemburgensis comes, dat facultatem Wernero magistro Prussiæ novas villas in terra Dobrzynensi plantandi, deserta extirpandi, exceptis his quæ ad castrum Dobrzynense pertinent, cæterasque villas infeudandi. Datum Thorunii, secunda feria post dominicam Lætare, anno 1329.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 48. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, p. 240, w treści.
Jan, z domu Luxemburskiego, syn Henryka VII cesarza, król czeski, pisał się królem polskim na mocy mniemanych praw Wacława czeskiego. Tytułu króla [illegible]ego zrzekł się w Wyszogrodzie roku 1335, za odstąpiony Czechom przez Kazimierza Wielkiego. Zabity w bitwie pod Crecy 1346, walcząc [illegible]zami przeciw Anglikom.

[illegible]am Dobrzynensem pro quatuor millibus et octingentis [illegible]rossorum pragensium ordini et Wernero magistro Cru[illegible] vendit, a decimis eximit, nec cum Vladislao qui se asserit

regem Cracoviæ aliter pacem se initurum pollicetur, nisi et, ipse et Semoviti fratris illius filius juri suo ad terram Dobrzynensem renuntient. Datum Metis, die 16 martii, anno 1330.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 49. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, p. 245, w treści.

Władysław Łokietek, król polski, zmarły 1333. Brat jego Ziemowit zostawił dwóch synów, Władysława i Bolesława i córkę Salomeę.

Joannes rex idem mandat militibus et vassalis terræ Dobrzynensis, ut obedientiam præstent Cruciferis. Datum ut supra.

Luderus magister Prussiæ prorogat inducias cum Casimiro rege Poloniæ ad unius anni spatium, territorium Brestense Semovito duci Masoviæ vel eo nolente Mathiæ episcopo Vladislaviensi se traditurum pollicetur. Interea Joannes rex Bohemiæ et Carolus Hungariæ de pace tractare debent, de qua si non convenerit castrum Brestense Cruciferis restituatur. Datum Marienburgi, in vigilia SS. Philippi et Jacobi, anno 1334.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. II, pars 2, p. 665.

Luder, wielki mistrz krzyżacki, od 1330 do 1335. Maciej Golanczewski, biskup władysławski czyli kujawski, od 1323 do 1368.

Carolus Hungariæ et Joannes Bohemiæ reges, arbitratores inter Casimirum et ordinem Cruciferorum, præsente rege Casimiro in Wyszogrod castro Hungariæ, ita decernunt. Imprimis terram Cuiaviensem et Dobrzynensem regi Casimiro adjudicant, exceptis illis quæ in terra Cuiaviensi et Dobrzynensi ante motum bellum Cruciferi jure tenuerunt. Deinde terram Pomeraniæ Cruciferis adjudicant, quam Casimirus intuitu retributionis divinæ cedit. Datum in Wyszogrod, dominica proxima post festum S. Elisabeth, anno 1335.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 54. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, p. 254, w treści. Du Mont, *Corps dipl.*, t. I, part. 2, fol. 151.

Karol Robert, z familii andegaweńsko-neapolitańskiej, król węgierski, od 1309 do 1342. Żona jego Elżbieta, siostra Kazimierza Wielkiego.

Joannes rex Bohemiæ scribit magistro Prussiæ se per tres hebdomadas apud regem Hungariæ res ordinis tractasse, et prout melius potuit ordinasse, idque effecisse ut rex Poloniæ Culmensem et Pomeraniæ terras ordini cedat, atque hanc cessionem summus Pontifex comprobet, ac præterea efficiat ut Poloni injurias belli tempore a Cruciferis acceptas dimittant, denique ut rex Hungariæ qui regis Poloniæ sororem habet juri suo renuntiet. Datum dominica Ad te levavi, anno Domini 1335.

Benedictus papa XII jura Cruciferorum confirmat. Avinione, 1336.

Benedykt XII, od 1335 do 1342.

Ejusdem aliud simile rescriptum, anno eodem.

Casimirus rex Poloniæ approbat sententiam arbitralem per Hungariæ et Bohemiæ reges inter se et ordinem Cruciferorum latam. Datum Cracoviæ, die SS. Trinitatis, anno 1336.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 55.

Idem pro donata sibi per Włodkonem ducem Dobrzynensem terra eadem Dobrzynensi, terram Lanciciensem ei dat. Datum in Pakosz, feria tertia in Carnisprivio, anno 1337.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 56. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, p. 259, w treści.

Włodko, jest to Władysław, syn Ziemowita xięcia dobrzyńskiego, brat stryjeczny Kazimierza Wielkiego, który mu dał Łęczycę w zamian za ziemię dobrzyńską.

Joannes rex Bohemiæ promittit Cruciferis quod si rex Casimirus secundum transactionem Wyszogrodensem terras Cruciferis non tradiderit, extunc castra Brześć et Włocław ac terram Dobrzynensem elapso assignato tempore eisdem tradet. Datum in civitate Leslaviensi, feria secunda post Invocavit, anno 1337.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Poloniæ*, t. II, pars 2, fol. 669.

Ludovicus imperator cum intellexisset Casimirum qui se nominat regem Poloniæ cum archiepiscopo Gnesnensi ac nonnullis episcopis bellum Cruciferis inferre et litem in curia romana occasione terrarum ab eis possessarum movere, monet eos ne ditiones donatione imperatorum et sanguine suo acquisitas sibi eripi patiantur, nec ulli juri pareant se inconsulto. Datum Frankofordi, die 22 julii, anno Domini 1338.

Ludwik, xiążę bawarski, cesarz od 1314 do 1347. Jan, herbu kotlicz, arcybiskup gnieźnieński od 1314 do 1341.

Clemens papa VI mandat episcopis Misnensi, Cracoviensi, Culmensi, ut terram Dobrzynensem et Cuiaviæ ad decem millia florenorum auri pro fructibus a Cruciferis perceptis regi Casimiro adjudicent, et discordias inter regem et ordinem sopiant. Datum apud Villam Novam Avinionensis diœcesis, die 4 aug., anno 1342.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 66. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, p. 264, w treści.

Klemens VI, od 1342 do 1352. Jan Grot, biskup krakowski, zmarły 1347. Otto biskup chełmiński, zmarły 1349.

Petrus episcopus Lubucensis concordiam cum Casimiro rege Calissii initam de bonis sibi per regem ademptis supplet, fructus perceptos condonat, se regis clientem profitetur, sententiam contra regem in curia romana latam remittit. Cracoviæ, anno Domini 1369.

Gregorius papa XI instar Alexandri IV papæ immunitates et indulgentias fratribus hospitalis S. Joannis Hierosolimitani a sede apostolica concessas, fratribus ordinis Teutonici B. V. Mariæ communicat. Datum Avenione, 16 calend. junii, pontificatus anno VI.

Grzegorz XI, od 1370 do 1378.

Conradus mareschalcus Prussiæ bona quædam jure feudi cuidam Sirtanik confert. Anno Domini 1384.

Varcislaus et Boguslaus duces Pomeraniæ liberant magistrum et ordinem ab omni exactione in terra Dobrzynensi quando eam acquisierint. Levenburgii, ante S. Margarethæ, anno Domini 1386.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. II, pars 2, p. 768.

Commissarii Vladislai regis Poloniæ et magistri Prussiæ, habito tractatu de pace in medio Vistulæ, in insula ad oppidum Solec, prorogant et transferunt congressum ad locum commodiorem Neidinburg, mutuamque sibi securitatem spondent. Datum in Niepołomice, feria sexta post festum S. Stanislai, anno Domini 1389.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. II, pars 2, p. 771.
Konrad Zolner, wielki mistrz krzyżacki, od 1382 do 1390.

Vladislaus dux Opoliæ, Vieluniæ et Cuiaviæ, magistro Cruciferorum terram Dobrzynensem in quinquaginta millibus aureorum sub certis conditionibus obligat. Mariæburgi, anno Domini 1392.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. II, pars 2, p. 791.
Władysław, xiąże opolski na Szląsku, a potem gniewkowski, wieluński, dobrzyński, siostrzeniec króla Ludwika, wiele dokazywał w Polsce za jego panowania. Dostawszy od niego w podarunku ziemię dobrzyńską, zastawił ją krzyżakom.

Conradus de Valrode magister Prussiæ testificatur terram Dobrzynensem a Vladislao duce Opoliensi oppignoratam sibi esse in quinquaginta millibus aureorum. Anno ut supra.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. II, pars 2, p. 789, po niemiecku.
Konrad Wallenrod, wielki mistrz krzyżacki, od 1390 do 1393.

Hovea ducissa Opoliensis, Vladislai ducis Opoliensis et Vielu-

nensis uxor, consentit super oppignorationem terræ Dobrzynensis. Anno 1394.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Pol.*, t. II, pars 2, p. 799.
OFFKA, żona Władysława, xięcia opolskiego. Naruszewicz daje mu tylko za żonę Agatę, córkę Ziemowita starszego, xięcia mazowieckiego.

Janussius hæres de Kikul eandem villam Kikul octoginta mansos possessos et impossessos, quemlibet mansum pro decem marcis æstimando, magistro et ordini Prussiæ vendidit in Lipno, post Reminiscere, anno Domini 1395.

Sigismundus Hungariæ rex, commemorato eo quemadmodum Ludovicus rex Hungariæ, Vladislao duci Opoliensi pro terra Zopolitanensi terram Russiæ, ac pro Russia Cuiaviensem et Dobrzynensem terras per modum legitimæ permutationis appropriavit, consensum præbet Vladislao, ut terras Dobrzynensem et Cuiaviæ cuicunque voluerit præsertim vero magistro Prussiæ vendere et resignare possit. Datum in Wywar, feria tertia proxima post festum S. Dorotheæ, anno 1396.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 77.
ZYGMUNT, przez żonę Maryą, córkę Ludwika węgierskiego i polskiego, król węgierski od roku 1382, cesarz roku 1410, król czeski roku 1418, zmarły 1437.
WŁADYSŁAW, xiąże opolski, zastawiwszy krzyżakom ziemię dobrzyńską, uzyskał potwierdzenie tego frymarku od Zygmunta króla węgierskiego, jak gdyby ten ziemiami polskiemi miał prawo rozrządzać. Przyszło ztąd do krótkiej między xięciem opolskim a Władysławem Jagiełłą wojny, w której król siłą oręża odzyskał ziemię wieluńską, dobrzyńską zaś z rąk krzyżaków wykupić musiał.

Michael Kochmeister concedit liberam venationem Vladislao regi inter fluvios Bebrza et Suppra ad vitæ tempora. Datum in castro Vladislaviensi, ante festum SS. Trinitatis, anno 1404.

Conradus de Jungingen approbat tractatus per oratores suos et regis Poloniæ conclusos. Marienburgi, ante festum Joannis, anno eodem.

KONRAD JUNGINGEN, wielki mistrz krzyżacki, od 1393 do 1407.

Vladislaus rex confirmat pacem et concordiam cum Cruciferis a Casimiro rege antecessore suo constitutam. Datum in Raciąż, feria sexta proxima ante festum S. Trinitatis, anno 1404.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 78. RACZYŃSKI, *Codex dipl. Lith.*, p. 83.

Conradus de Jungingen magister Prussiæ approbat tractatus cum Vladislao rege habitos. Silvam per Sandivogium sibi obligatam persoluta summa restituturum se pollicetur, Novæ Marchiæ limites

secundum antiquum morem conservabit, differentias amicabiliter componi patietur. Datum Thorunii, post festum SS. Trinitatis, anno ut supra.

Idem fatetur trinas litteras ordini Cruciferorum super terra Dobrzynensi per Vladislaum ducem Opoliensem datas a rege Vladislao restitutas esse. Datum Thorunii, post festum S. Trinitatis, anno ut supra.

Vladislaus rex cum Conrado magistro Prussiæ de terra Dobrzynensi et castro Złotoria ita transegit, ut his in festo Pentecostes proxime venturo illi cedere, rex vero summam quinquaginta millia florenorum et duorum millium ac quadringentorum florenorum solvere teneatur. Datum in Raciąż, ante diem festi S. Trinitatis, anno 1404.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol 78. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, *Pol.*, t. II, p. 369, w treści.
Władysław Jagiello wykupił ziemię dobrzyńską zastawioną Krzyżakom przez Władysława zięcia opolskiego.

Idem approbat pacta inter se et eundem Conradum ratione terræ Dobrzynensis. Datum in Thorun, feria quarta infra octavas Pentecostes, anno 1405.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 81.

Conradus de Jungingen fatetur sibi per manus Nicolai archiepiscopi Gnesnensis, Alberti episcopi Posnaniensis et aliorum summam quinquaginta millium aureorum hungaricalium et viginti quatuor centena sexagenarum bohemicalium pro terra Dobrzynensi et Złotoria castro a Vladislao rege persolutam esse. Datum in castro Thorun, feria quarta infra octavas Pentecostes, anno 1405.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 81.
Mikołaj Kurowski, arcybiskup gnieźnieński od 1402 do 1411. Wojciech II, herbu Jastrzębiec, biskup poznański od 1398 do 1412.

Induciæ Ulrici Jungingen magistri Prussiæ cum Vladislao rege ad festum S. Joannis Baptistæ. Anno Domini 1409.

Boguslaus Pomeraniæ dux, acceptis a rege Vladislao castris Bithow, Człuchow, Friedland, Baldenburk, Hamersztein et Szybelken cum oppidis et villis ad vitæ tempora, pollicetur se regi contra Cruciferos militaturum. Datum Marienburgi, feria sexta infra octavas S. Bartholomæi, anno 1410.

Bogusław IX, xiąże pomorski na Wolgaście, miał sobie nadane te miasta w nagrodę że posiłkował Polaków pod Grunwaldem, gdy przeciwnie Kazimierz na Szczecinie w 600 koni krzyżakom na pomoc przybył.

Henrici episcopi Sambiensis homagium Vladislao regi præstitum. Anno 1410.

Olbrachtus de Loim in conflictu ad Grunevaldum captus, Vladislao regi Poloniæ juxta taxationem suam promittit se soluturum centa et sexaginta sexagenas. Cracoviæ, anno eodem.

Vladislaus rex Poloniæ, Sigismundo Hungariæ regi promittit per suas ditiones in Prussiam proficisci, in eum finem ut dissidia inter se et magistrum ordinis exorta componat, datque ei salvum conductum cum mille quingentis equitibus. Cracoviæ, anno ut supra.

Alexander papa V monet Ulricum de Jungingen magistrum hospitalis B. V. Mariæ in Prussia, ut pacem cum Vladislao rege Poloniæ colat. Datum Bononiæ, die 12 febr., anno 1410.

Alexander V, od 1409 do 1410. Ulryk Jungingen, wielki mistrz krzyżacki, od 1407, poległ pod Grunwaldem i Tannenbergiem 1410.

Venceslaus Romanorum et Bohemiæ rex eundem Ulricum satisfecisse decreto suo compromissoriali quod inter ipsum et Vladislaum regem Poloniæ latum fuit attestatur. Datum Pragæ, post festum S. Erasmi, anno ut supra.

Wacław, z domu Luxemburskiego cesarz, i król czeski od 1378. Z cesarstwa złożony 1400, umarł 1419.

Idem approbat prius decretum suum inter eosdem Vladislaum regem et Ulricum de Jungingen. Datum die et anno eodem ut supra.

Vladislaus rex civibus Gedanensibus dat medietatem emolumentorum molendini civitatis Gedanensis, una cum terræ spatio unius milliaris circumquaque civitatem Gedanensem, videlicet villas Prusch, Hinrischdorf, Ore, Wennenberg, Hochczit et Richemberg cum campis, pratis, silvis, etc., pratis duntaxat castri Gedanensis exceptis. Concedit etiam piscaturam per duo milliaria in mari in parte orientali una cum excisione lignorum in littore, salvo jure castri, jus patronatus ecclesiæ sanctæ Mariæ, etc. Datum ante castrum Mariæburg, die S. Dominici confessoris, anno 1410.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 83.
Uczynił to nadanie Gdańszczanom po walnem zwycięztwie pod Grunwaldem i Tannenbergiem, kiedy Gdańsk poddał się królowi.

Arnoldus episcopus Culmensis suo, capituli et subditorum suorum nomine, Vladislaum regem pro vero Prussiæ domino agnoscit

et fidelitatem jurat. Datum in loco campestri ante castrum Marienburgense, in die S. Bernardi, anno 1410.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 84.
Arnold, biskup chełmiński, zmarły 1416.

Henricus de Plauen, magister Cruciferorum paciscitur inducias cum Vladislao rege Poloniæ, et Vitoldo duce Litvaniæ, Boguslao Stolpensi, Joanne et Semovito Masoviæ ducibus ad decursum quatuor septimanarum, ea conditione ut rex capta castra retineat, videlicet Strosberg, Reddin (Radzyn), Thorun, Neschabo (Nieszawa) et Gientalch, eaque restaurandi et fortificandi habeat potestatem, excepto castro Thorun, quod rex in eodem statu conservare debet, in quo nunc est. Cruciferi item molendinum Lubicz non debent reparare et reædificare. Includit magister ex parte sua Joannem archiepiscopum Rigiensem, Joannem episcopum herbipolensem, nullis se exceptionibus usurum pollicetur; quod si contravenerit, se et ordinem suum infames et fœdifragos reputari debere decernit. Datum Thorunii, feria tertia in crastino Conceptionis B. V. Mariæ, anno 1410.

Raczyński, *Codex dipl. Lith.*, p. 120.
Henryk Plauen, wielki mistrz krzyżacki od 1410 do 1413, złożony z urzędu że w mniemaniu zakonników sprzyjał Polakom. Bogusław IX, xiążę pomorski na Wolgaście, zmarły 1448. Jan, xiążę na Warszawie, zmarły 1428. Ziemowit, młodszy brat jego, xiążę na Płocku, zmarły 1426, synowie Ziemowita starszego.
Kiedy po bitwie pod Grunwaldem i Tannenbergiem nie wzięto od razu Malborga, coby było położyło koniec panowaniu Krzyżaków, kiedy Gdańsk i Toruń na powrót im się poddały, Witold z Litwą odciągnął, a Polacy do domów się rozjechali, musiał król pomimo cząstkowego pod Koronowem zwycięztwa, zawrzeć powyższy rozejm z Plawenem, który poprzedził zawarty 1 lutego roku następującego haniebny traktat toruński.

Joannes episcopus Pomesaniensis se cum capitulo et ditione sua subdit regi Vladislao et regno Poloniæ, suamque fidelitatem juramento se firmaturum promittit. Anno ut supra.

Nicolaus de Vansdorf in conflictu ad Grunevaldum captus, Vladislao regi Poloniæ juxta taxationem suam promittit se soluturum centum et quinquaginta sexagenas latorum grossorum, cum una lorica chalibea et duabus balistris, ac præterea promittit nunquam cum Cruciferis contra regem et ducem Litvaniæ se militaturum. Cracoviæ, anno ut supra.

Henrici episcopi Sambiensis homagium Vladislao regi præstitum. Anno eodem.

Venceslaus rex significat Vladislaum regem sibi arbitrandi de inju-

riis inter ipsum et magistrum Prussiæ potestatem detulisse, easque Vladislai litteras inserit, ac magistro Prussiæ authentice extradit. Datum Pragæ, die 15 junii, anno eodem.

Sigismundus rex Hungariæ scribit ad Vladislaum regem Poloniæ, ne Cruciferis exercitu ex infidelibus collecto bellum inferat, sin secus se illos tanquam vicarium imperii protecturum et defensurum profitetur. Datum Budæ, anno ut supra.

Instrumentum publicum, quo continetur attestatio præsentati nomine regis Vladislai ac Vitoldi diplomatis, continentis in se donationem magistro Prussiæ terræ Samogitiæ, quod cum magister, triduo habito consilio, aliquoties lectum respuisset, nuntii regis illud ad se recepere. Mariæburgi, die 21 februarii, anno 1411.

Henricus de Plauen cum Vladislao rege pácem constituit his conditionibus, ut omnium injuriarum fiat oblivio, captivi gratis dimittantur, arces interceptæ restituantur, terra Samogitiæ sit in potestate regis usque ad mortem regis et Vitoldi, dux Semovitus districtum Zawskrze teneat, terra Dobrzynensis circa coronam regni permaneat, Pomerania, Michałoviensis terra et Culmensis ordini relinquantur, de castro Dryzen et Santok arbitratores judicent, similiter de aliis controversiis limitum, si discordes fuerint, summus Pontifex ferat sententiam. Bona ecclesiarum Gnesnensis et Vladislaviensis in terris Cruciferorum ne inquietentur. Contra infideles mutuo se debent juvare. Sigismundum regem Hungariæ magister certiorem reddet de hac transactione, cui liberum erit eam acceptare. Rex inimicos ordinis juvare non debet, similiter magister debet adhærere coronæ regni Poloniæ. Hæc magister una cum archiepiscopo Rigiensi, episcopis Herbipolensi, Culmensi et Pomesaniensi se observaturum pollicetur. Datum in Thorun, die dominica 1 febr., anno 1411.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 84. Raczyński, *Codex dipl. Lith.*, p. 129.

Joannes XXIII Henricum de Plauen magistrum Prussiæ hortatur ad pacem cum Vladislao rege Poloniæ. Datum Romæ, nonis decembris, anno 1411.

Jan XXIII, obrany roku 1410, złożony z papieztwa przez koncylium konstancieńskie roku 1415. Są u Theinera, *Vetera Monumenta Pol.*, t. II, fol. 2 et 3, dwa listy tego papieża w tej materyi, ale datowane w Bononii tegoż roku.

Sigismundus Romanorum imperator pollicetur regi Vladislao, Cruciferos arbitramentum de differentiis quæ illis cum rege et duce Litvaniæ intercedunt, sibi permissuros, et quidquid decernet serva-

turos. Quod si ejus sententiæ parere noluerint, se eos compulsurum. Datum Cassoviæ, die Annuntiationis Virginis gloriosæ, anno 1412.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 87.

Idem delato ad se arbitramento per Vladislaum regem Poloniæ et magistrum Prussiæ talem fert sententiam. Magister restituat episcopo et Andreæ præposito ac capitulo ecclesiæ Vladislaviensis ablata sub pœna decem millium marcarum argenti, præcipue vero quæ episcopo vi ablata erant in curiis Sobkow, Momorsk, Miłobądź. Datum Budæ, die 24 aug., anno 1412.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 88. RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl.*, t. II, p. 381, w treści.

JAN KROPIDŁO, biskup kujawski po raz drugi od 1402, zmarły 1421.

Vladislaus rex et Vitoldus dux constituunt procuratores Nicolaum archiepiscopum Gnesnensem et Benedictum archidiaconum Lanciciensem ad tractandum et exhibendum Henrico de Plauen magistro Prussiæ litteras super terra Samogitiæ secundum sententiam arbitralem Sigismundi Romanorum regis. Datum Vilnæ, die 6 febr., anno 1413.

MIKOŁAJ TRĄBA, arcybiskup gnieźnieński, od 1411 do 1422.

Benedictus de Macra, Sigismundi imperatoris subdelegatus et sententiæ arbitralis executor, cum Cruciferi passim spargerent regem Vladislaum sententiæ et judicato parere nolle, atque animos christianorum principum, præsertim vero Venceslai regis Bohemorum in eum incitarent, fidem facit, regem Vladislaum et Vitoldum ducem, uti christianos pacis et concordiæ cupidos esse, nullamque causam ad eandem violandam præbere, id se re ipsa expertum esse. Datum Cracoviæ, die 10 junii, anno 1413.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 94.

Testimonium incolarum Prussiæ, Benedictum de Macra subdelegatum Sigismundi imperatoris ad discutiendos granicies inter Cruciferos et regem Poloniæ missum, fuisse susceptum et ab altera parte subordinatum sive corruptum, et quod Cruciferi servant pacta decreta, Poloni vero non servant. Datum Marienburgi, dominica Oculi, anno 1413.

Krzyżacy widząc że Benedykt de Makra, zesłany od Zygmunta cesarza, sędziego polubownego w ich zatargach z Polakami, dla wykonania wyroku w Budzie roku 1412 zapadłego, przypatrzywszy się na miejscu ich bezprawiom i gwałtom, miał wydać przychylny królowi wyrok, namówili mieszkańców Prus na wydanie świadectwa, że Polacy przekupili onego Benedykta.

Instrumentum publici notarii quo significat Sigismundum regem in præsentia oratorum regis Vladislai talem declarationem fecisse, quando quidem rex Poloniæ pacem cum Cruciferis fecisset, se quoque eandem complecti velle, sed cum præfati oratores nulla certa mandata de pace constituenda haberent, inducias usque ad festum Nativitatis Domini pacti sunt. Acta sunt hæc in Nova Villa.

Processus judiciarius coram delegatis Sigismundi imperatoris Romanorum inter Vladislaum regem Poloniæ, et Henricum de Plauen magistrum Prussiæ agitatus. Anno 1413.

Benedictus de Macra, regis Hungariæ subarbiter, testatur se vidisse equos furto ablatos, captosque prædatores, qui fassi sunt a magistratu civitatis Friedland mandatos se in Poloniam prædæ causa profectos fuisse. Datum in Juveni Vladislavia, 22 maii, anno Domini 1413.

Ejusdem Benedicti attestatio in eadem de verbo ad verbum forma. Ut supra scriptum est anno 1413.

Vladislaus rex Poloniæ dat salvum conductum Henrico de Plauen magistro Prussiæ, et Henrico commendatori Gedanensi ac aliis. Sunt appensa sigilla archiepiscopi Gnesnensis et palatinorum Posnaniensis, Calissiensis et Gnievkoviensis. Datum Gnesnæ, infra octavam Ascensionis Domini, anno 1414.

Induciæ viginti trium mensium inter Polonos, Litvanos et Cruciferos Prussiæ ac Livoniæ. Datum in castro Grudentz, feria secunda ante festum S. Dionisii, anno 1414.

Kotzebue w przypisach do tomu trzeciego całkowicie ten rozejm wypisuje z datą : *ante castrum Strasburg in terris Prussiæ, die 7 octobris 1414.*

Vladislaus rex Poloniæ et Vitoldus dux Litvaniæ inducias constituunt cum Michaele de Kochmeister magistro Prussiæ, interveniente Guillelmo episcopo Lausanensi Joannis XXIII legato, a commissariis regiis ante oppidum Strasburg alias Brodnica initas, ad festum B. V. Mariæ duraturas, quibus præjudicare nolunt pacis tractationi per Sigismundum Romanorum et Carolum Franciæ reges institutæ, tum ex durantibus judiciis rex et regnum jure de injuriis cum Cruciferis agere possint. Datum Inovladislaviæ, feria secunda ante festum Ascensionis Domini, anno 1416.

Michał Kochmeister, wielki mistrz krzyżacki, od 1413 do 1422. Karol VI, król francuzki od 1380 do 1422. Jestto przedłużenie powyższego rozejmu przez Władysława Jagiellę za wdaniem się Zygmunta cesarza, Karola króla francuzkiego, i papieża Jana XXIII przez posła swego biskupa Lozańskiego.

Michael Kochmeister, magister Prussiæ, concedit liberam vena-

tionem Vladislao regi Poloniæ ad annum in suis et sui ordinis nemoribus. Datum Mariæburgi, feria secunda post festum Ascensionis Domini, anno 1416.

Martinus papa V jura et privilegia Cruciferis concessa confirmat. Datum Constantiæ, nonis maii, pontificatus anno I.

MARCIN V, od 1417 do 1431.

Michael Kochmeister dat facultatem Vladislao regi venandi in ditionibus ad se pertinentibus. Datum in Sztum, anno 1417.

Idem prorogat inducias apud Strasburg constitutas ad annum, et observaturum se illas sub fide et honore in omnibus punctis promittit. Datum Mariæburgi, in vigilia Pentecostes, anno 1417.

Induciæ Vladislai regis et Vitoldi ducis cum Michaele Kochmeister ad annum a festo S. Margarethæ. In Brest, anno 1418.

Acta inter Vladislaum regem et Michaelem magistrum Prussiæ coram oratoribus Ludovici palatini Rheni et aliorum principum Germaniæ de compromittendo in aliquos principes. Datum Mariæburgi, dominica Paschatis, anno 1418.

Michael Kochmeister dat facultatem nuntiis suis de pace tractandi cum rege Vladislao et senatu. Mariæburgi, anno 1418.

Martinus papa V hortatur Michaelem de Kochmeister, magistrum Prussiæ, ut pacem cum Vladislao rege Poloniæ et Vitoldo duce Litvaniæ ineat, et se nuntios suos ejus rei causa missurum significet, et Thorunii ad octavam Resurrectionis dominicæ se sistat hortatur. Datum Mantuæ, 13 calend. febr., anno Domini 1418, pontificatus II.

Jacobus Spoletanus, et Ferdinandus Lucensis episcopi, Martini papæ V nuntii, testantur se in oppido Gnievkov oratores regni Poloniæ hortatos fuisse, ut pacem cum Cruciferis constituerent. Sed cum illi judicio sedis apostolicæ se subjicere nollent, et tantummodo simplicem pacis tractationem habere cuperent, neque de jure cognitionem habere vellent, Cruciferi autem jus suum non modo summi pontificis, Romanorumque regis, verum etiam omnium principum Germaniæ et civitatum judicio submitterent, Poloni autem castra, molendina, villas, possessionesque, ac præterea quadraginta millia sexagenarum latorum grossorum a Cruciferis peterent, rebus infectis discessum esse. Se postea Thorunium concessisse, atque ubi ostensa essent privilegia authentica, quibus probatur terras quas rex Poloniæ vi a Cruciferis occupatas esse asserit, illis donatas fuisse; paratum tamen fuisse ordinem terras satis notabiles dimittere regi ac duci, ac præterea triginta millia florenorum hungaricalium sol-

vere, quæ tamen conditio a Polonis non est acceptata. Datum Thorunii, anno Domini 1419.

Jakub de Kamplo spoletański i Ferdynand Hiszpan luceński biskupi, od papieża przysłani, dawszy się ująć złotem krzyżaków, którzy ich na ten koniec z Gniewkowa do Torunia zwabili, dając za przyczynę, że papierów do cudzego kraju przewozić nie mogą, wydali to nieprzychylne Polakom zdanie. Papież Marcin V nietylko go niepochwalił, ale je za nieważne uznał pismem datowanem we Florencyi 4 calend. augusti, 1419.

Sigismundus imperator, cum in eum Vladislaus rex suo ac Vitoldi nomine compromisisset, ut de differentiis, quæ illi cum Cruciferis intercedebant, decerneret, atque ad festum S. Michaelis ob negotia alia arbitramentum expediri non posset, idem usque ad festum Epiphaniæ, ea conditione si magister Prussiæ consenserit, prorogat. Datum Cassoviæ, die Exaltationis S. Crucis, anno Domini 1419.

Martinus papa V secundis litteris prorogat treugas inter regem Vladislaum et magistrum ac fratres Teutonicos, anno Domini 1419.

Theiner, *Vetera Monumenta Pol.*, t. II, fol. 24, z datą: Florenciæ, calend. septemb., pontificatus anno III.

Vilerini cardinalis S. Mariæ sententia, quæ continet insertum decretum commissariorum Benedicti papæ XII inter Casimirum Magnum regem Poloniæ et Cruciferos latum, quo pro damnis et devastationibus provinciarum et ecclesiarum, spoliis sacrorum locorum, aliisque violentiis ad centum nonaginta quatuor millia et quingentas marcas polonicales condemnati sunt Cruciferi, item ad expensas juris ad mille sexagenarum marcarum, ad restitutionemque terrarum et provinciarum occupatarum. Acta hæc sunt Varsaviæ Posnaniensis diœcesis in ecclesia S. Joannis Baptistæ, anno 1337, die 17 septemb. Data vero rescripti suprascripti cardinalis, Romæ 17 novemb., anno 1421.

Sententia Galardi et Petri commissariorum apostolicorum pro parte regis Poloniæ contra Cruciferos lata, idque ratione Pomeraniæ, Culmensis et Michaloviensis districtus, anno Domini 1421.

Lubo Zygmunt król węgierski, wezwany na sędziego w sprawie Polaków z Krzyżakami, niesprawiedliwy wydał wyrok w Budzie roku 1412, Władysław Jagiełło po raz drugi zapisał się na sąd jego. Zygmunt zjechawszy do Wrocławia, 6 stycznia 1420, niesprawiedliwszy jeszcze ogłosił wyrok, mocą którego ziemię pomorską, chełmińską, michałowską, oraz zamek Nieszawę Krzyżakom przysądził. Od tego wyroku odwołał się król do papieża Marcina V, przez którego wyznaczeni komissarze ziemię pomorską, chełmińską i michałowską królowi przyznali. Wilerini, kardynał tytułu S. Maryi, nie zasiadał w tym sądzie, jak mylnie wyrażono w powyższym dokumencie, tylko wyrok Galarda i Piotra za Kazimierza Wielkiego roku 1337 wydany pod swą pieczęcią ogłosił. Długosz a

za nim Naruszewicz powiada, że niewydawszy dekretu Jan Galard kardynał umarł, a Piotr z rozkazu papieża Benedykta dla pojednania królów Filipa francuzkiego z Edwardem angielskim wyjechał. Dwa powyższe dokumenta świadczą że go wydali.

Processus commissariorum judiciarius inter Vladislaum Poloniæ regem et magistrum Cruciferorum ratione limitum. Anno Domini 1422.

Concordia pacis per proceres regni inter Vladislaum regem, et magistrum Prussiæ constituta, qua primum sancita est oblivio omnium injuriarum, cautumque bonis ecclesiasticis prælatorumque regni in terris ordinis Cruciferorum existentibus. Territorio Nieszawiensi, demolito castro, magister cedat regi cum medietate ripæ Vistulæ, ab eo loco ubi Drwancza influit, usque ad limites Pomeraniæ, ad quos constituendos dentur utrinque arbitri. Similiter inter ducatum Litvaniæ et Masoviæ describantur limites particulariter et exacte, similiter inter Litvaniam, Samogitiam et Prussiam. Mercatores utrinque libere commeent, profugi extradantur, similiter malefactores, juxta litteras decretorum Sigismundi imperatoris et concordiæ Thorunensis. Insuper terram Samogitiæ ac castrum Nieszawa magister regi reddat. Captivi restituantur. Navigia apud Złotoriam et Solec ac Fordon libera sint. Terra Pomeraniæ, Culmensis et Michaloviensis circa ordinem maneant. Apostatæ ordinis in regno non faveantur. Si rex vel magister bellum movere vellet, subditi eis non suffragentur. Denique pollicentur iidem proceres regem et Vitoldum hanc pacificationem ratam habiturum. Datum in loco stationis exercituum, ad littora fluvii Ossa, prope lacum Melno dictum, inter Radzyn et Rogozno, in festo S. Stanislai pontificis et martyris, 1422.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 110.

Traktat ten zawarł Władysław Jagiełło z Pawłem de Rusdorf, który po złożeniu dobrowolnem lub przymuszonem urzędu przez Michała Kuchmeister, mistrzem obrany został. W krótkiej wojnie poprzedzającej ten pokój, Polacy mieli samej jazdy przeszło 100,000; nic jednak nie sprawiwszy, skłonili się, nie wiadomo dla czego, do zawarcia tak niekorzystnego traktatu, którym odzyskawszy tylko Nieszawę, Żmudź, Orłów, Murzynów resztę to jest, Pomorze, ziemię chełmińską i michałowską w ręku krzyżaków do dalszego czasu zostawili.

Pax et concordia inter Vladislaum regem Poloniæ et Vitoldum ducem Litvaniæ, præterea duces Masoviæ ex una, et Paulum de Rusdorf Prussiæ magistrum, ac Sifridum Livoniæ præceptorem ex altera partibus, secundum conditiones proxime notatas, concepta et scripta cum assensu procerum regni et ducum Czerniechoviensis Starodubensisque. Datum anno et loco ut supra.

Paweł de Rusdorf, wielki mistrz krzyżacki, od 1422 do 1441.

Paulus de Rusdorf magister ordinis pollicetur se curaturum ut archiepiscopus Rigensis et episcopus Derpatentis cum suis civitatibus suprascriptam concordiam approbent. Anno ut supra.

Eberhardus Cruciferorum per Italiam et Alemaniam magister approbat concordiam suprascriptam. Datum in Homek Herbipolensis diœcesis, die Conceptionis B. V. M., anno 1423.

Pauli de Rusdorf magistri Cruciferorum litteræ continentes rationem finium regundorum cum regno Poloniæ. Datum prope Chełmno, die 17 maii, anno 1423.

Sigismundus imperator Romanorum subditos magistri Prussiæ eximit a jurisdictione judicii imperialis. Datum Lensoviæ, penultima martii, anno 1424.

Paulus de Rusdorf magister Prussiæ declarat articulos pacis, maximeque quod mercatoribus Poloniæ libera sit navigatio cum frumentis Gedanum; quoad solutionem pfundzoll, an liberi esse debeant, suspenditur cognitio, a solutione vero lobegeld liberantur. Datum in ripa fluminis Vistulæ in hæreditate Nieszawa, feria quarta infra octavas Ascensionis Christi, anno 1424.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 117. Vol. Leg., I, fol. 86. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 826.

Vladislaus rex similem declarationem concordiæ sub nomine suo dat. Datum ut supra.

Albertus archiepiscopus Gnesnensis approbat concordiam inter Vladislaum regem et Paulum de Rusdorf magistrum Prussiæ factam. Datum Inovladislaviæ, feria tertia Pentecostes, anno ut supra.

Wojciech II, herbu Jastrzębiec, arcybiskup gnieźnieński, od 1422 do 1436.

Paulus de Rusdorf invitatus a rege et regina Sophia ad levandum de sacro fonte natum filium, mittit nuntios suos qui hoc munere fungantur. Datum in castro Elbing, anno Domini 1425.

Idem agnoscit beneficio regis Vladislai concessam sibi esse facultatem reædificandi molendini, salvo eo quod Drwancza sit limites regni. Datum Marienburgi, ante festum SS. apostolorum Simonis et Judæ, anno Domini 1426.

Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. I, pars 2, p. 839.

Mandatum a Paulo de Rusdorf magistro ordinis Cruciferorum datum commissariis suis, ad tractandum de graniciebus cum regno Poloniæ et ducatu Litvaniæ. Datum Magdeburgi, ante Laur., 1426.

Vladislaus rex Poloniæ ad constituendum limites inter regnum

et ditiones Prussiæ magistri prope Drezno, compromittit in episcopum Vladislaviensem, archidiaconum Gnesnensem, castellanum Calissiensem, et succamerarium Posnaniensem. Datum in Medica, die 4 maii, anno Domini 1427.

Idem cum consensu magistri Prussiæ causæ decidendæ ratione arcis et territorii Drezno, ad Alexandrum alias Vitoldum ducem Litvaniæ prætensionem defert. Declaratum utramque partem quidquid ille decrevisset ratum habiturum. Anno 1428.

Dogiél, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 119, z datą: in nova civitate Nieszava, feria tertia infra octavas Ascensionis, 1428.

Ejusdem compositum ratione limitum inter regnum Poloniæ et ditiones magistri Prussiæ prope Drezno. Anno eodem.

Concilium Basiliense, pro concordia inter magistrum et regem Poloniæ stabilienda, mittit episcopum Parmensem aliosque duos oratores. Basiliæ, anno Domini 1433.

Dalfin, biskup parmeński i dwóch innych prałatów, z których jeden pierwej przez lat siedm był kapelanem i spowiednikiem królewskim.

Oratores concilii Basiliensis, quid de pace inter regem et magistrum Prussiæ egerint, et quibus de causis ea confici non potuerit, significant, et infectæ pacis culpam in Polonos et regem rejiciunt. Datum Mariæburgi, die 15 junii, anno 1433.

Vladislaus rex Poloniæ cum Semovito Masoviæ duce, proceribus regni, Sigismundo duce Litvaniæ, Boguslao Stolpensi, Balthasaro de Sleven, magistro ordinis S. Joannis Hierosolimitani de Lagow, Helia palatino Moldaviæ, ac nobilibus de Wedel, Tuczno et Falkenberg ex una; et Paulus de Rusdorf magister Prussiæ cum magistro Alemaniæ et Livoniæ, ac Swidrigal duce Litvaniæ ex altera partibus, inducias paciscuntur ad festum Nativitatis Domini duraturas, ut interea de pace constituenda agatur, cujus causa rex ad Breste consiliarios suos pro festo S. Andreæ mittet, eodem et magister suos. Datum in loco campestri exercituum circa castrum Jasieniec, 13 septembris, anno 1433.

Earumdem treugarum ratificatio per marschalcum ordinis et certos commendatores. Datum anno 1433.

Nobiles de Wedel homagium præstant regi Vladislao ac regno Poloniæ. Datum in Beskoin, in festo Omnium SS., anno 1433.

Paulus de Rusdorf magister Prussiæ cum Vladislao rege, ac Vladislao et Casimiro filiis ipsius, ducibus Litvaniæ, Masoviæ, Stolpensi, ad annos duodecim inducias constituit, ut interea de pace

agatur. Civitas Arenswald a rege, castrum vero Nieszawa a magistro ordinis, donec pax constituta fuerit, teneatur. Aliæ præterea adjectæ conditiones. Datum in castro Mariæburgensi, ipso die S. Thomæ apostoli, anno 1433.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 119.

Wyzuty z wielkiego xięstwa Swidrygiello, pobudził przeciw królowi i mianowanemu na swe miejsce Zygmuntowi, synowi Kiejstuta, trzech zarazem nieprzyjaciół: Rusdorfa mistrza krzyżackiego, Alexandra wojewodę moldawskiego, i Zische de Ruttenberg, mistrza kawalerów mieczowych, z których ostatni przybył mu na pomoc, gdy on przegrawszy bitwę pod Oszmianą, ratował się ucieczką, zostawiwszy 10,000 trupów na pobojowisku. Powyższy rozejm w Malborgu na lat dwanaście zawarty, zakończył pasmo wojen krzyżackich i domowych w Litwie za panowania Władysława Jagiełły.

Sigismundus imperator privilegia ordini Cruciferorum concessa approbat. Posonii, 26 decembris, anno 1435.

Pax et concordia inter Vladislaum Jagiellonidem regem, regnumque Poloniæ, ac Paulum de Rusdorf et adhærentes utriusque partis, excluso tamen Svidrigalo, constituitur. Datum Brestæ (Vladislaviensis diœcesis), in vigilia Circumcisionis Domini, anno 1436.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 123. Du Mont, *Corps dipl.*, t. III, part. 1, fol. 13. Vol. Leg. 1, fol. 114.

Tym traktatem nie wiele różniącym się od pokoju nad jeziorem Mielnem 1422 zawartego, Krzyżacy zapewnili sobie Nową Marchią, utrzymali się przy Pomorzu, ziemi chełmińskiej i michałowskiej. Polacy nic nie zyskali, prócz kilku miast dawniej już im odstąpionych, i zupełnego zrzeczenia się przez Krzyżaków pretensyi do Żmudzi i Litwy.

Simile aliud exemplar pacis Brestensis, sub nomine magistri ordinis Teutonici editum. Anno 1436.

Conradus de Erlichshausen magister Prussiæ dat hospitali Gedanensi certa bona Lipin et Wendelin. Datum in Grembin, die S. Calixti, anno 1441.

Konrad de Erlichshausen, wielki mistrz krzyżacki, od 1441 do 1449.

Eugenius papa IV confirmat jura Cruciferorum. Datum Florentiæ, 5 idus junii, anno 1442.

Eugeniusz IV, od 1431 do 1447. Za niego niektórzy obrali Amadeusza xięcia Sabaudyi, który się nazwał Felix V.

Fridericus imperator mandat episcopo Varmiensi, tanquam imperii principi, ut magistro et ordini exhibeat privilegia ad transcribendum accessoria. In nova Civitate, anno 1443.

Fryderyk III, cesarz od 1440 do 1493. Franciszek Kuchschmaltz, biskup warmiński od 1424 do 1457.

Nicolaus papa V confirmat privilegia Cruciferorum. Anno 1447.

Mikołaj V, od 1447 do 1455.

Conradus de Erlichshausen magister Prussiæ dat mandatum suis oratoribus ad exigendum juramentum super tenenda pace ab ordinibus regni. Datum Mariæburgi, anno Domini 1447.

Casimirus rex Poloniæ mittit vice versa suos quoque oratores ad exigendum a magistro et toto ordine Cruciferorum juramenta. Datum Vilnæ, in sabbatho ante Epiphaniam, anno Domini 1448.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 141.

Nicolaus papa V omnes indulgentias magistro et ordini Cruciferorum libertatesque et exemptiones ab exactionibus secularium, a regibus, principibus et aliis Christifidelibus tum a romanis pontificibus rationabiliter datas et concessas, confirmat. Romæ, secundo calend. decembr., anno 1450.

Nicolaus papa V mittens nuntium suum ad discutiendam ligam seu confœderationem in terris Prussiæ, injungit Boleslao et Vladislao ducibus Masoviæ ut nuntio et magistro Prussiæ hac in parte faveant. Datum Fabriani, 8 calend. septembr., anno Domini 1450.

Bolesław, syn Jana, xiążę na Warszawie, zmarły 1455. Władysław, syn Ziemowita młodszego, xiążę na Płocku, zmarły także 1455.

Nuntii ordinum confœderationis terrarum Prussiæ, excusso jugo Cruciferorum, Casimirum regem tanquam dominum suum agnoscunt, pertæsi illorum tyrannidis et bellorum injuste contra regnum Poloniæ gestorum, renuntiant obedientiam magistro, regno Poloniæ et regi tanquam fundatori ordinis se subjiciunt, fidemque pollicentur. Actum Cracoviæ, feria quarta Cinerum, anno 1454.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 145. Vol. Leg. I, fol. 172.

Hanc eamdem subjectionem nuntii minorum civitatum approbant. Datum Graudenti, feria sexta ante Ramis palmarum. Anno 1454.

Ordines omnes terrarum Prussiæ pertæsi tyrannidis Cruciferorum, posteaquam coram tribunali cæsareo ex instantia Cruciferorum in sexingentis millibus florenorum magistro et ordini solvendis damnati essent, excutiunt jugum eorum, Casimirumque regem tanquam dominum suum agnoscunt, eidemque se subjiciunt ac regno Poloniæ incorporant, et fidem pollicentur salvis semper juribus suis. Actum

et datum in Thorun, feria secunda post dominicam Ramis palmarum, anno 1454.

Du Mont, *Corps dipl.*, t. III, part. 1, fol. 199. Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 149. Vol. Leg. 1, fol. 179.

Joannes de Bayzen terrarum Prussiæ gubernator, Augustinus de Schewe Culmensis, Gabriel de Bayzen Elbingensis palatini, spondent Casimiro regi episcopos Prussiæ subjectionem juraturos, quod si fuerint renitentes, declarant contra ipsos hostilitatem. Actum et datum in Thorun, feria secunda post dominicam Ramis palmarum, anno 1454.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 152.

Nobilitas et cives terræ Culmensis jurant fidelitatem regi Casimiro per plenipotentes suos. Thorunii, feria tertia ante festum Ascensionis Domini, anno 1454.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 152.

Simile fidelitatis juramentum a nobilitate Elbingensi et capitulo Varmiensi, nec non incolis terræ Elbingensis eidem regi præstatur. Datum in Elbing, feria tertia Pentecostes, anno 1454.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 153. .

Simile et incolarum terræ ac civitatum Konigsbergensium. Datum in Konigsberg civitate, feria quarta in vigilia Corporis Christi, anno 1454.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 155.

Magistratus Gedanensis et tota communitas promittunt omnem subjectionem Casimiro regi Poloniæ et ejus successoribus cum pensione annua in perpetuum duorum millium florenorum hungaricalium. Item obligant se regi eidem curiam cum granario et stabulo ædificaturos. Actum et datum in Elbing, ipso die S. Trinitatis, anno 1454.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 154.

Casimirus Creslao de Kłopocin vexillifero Ravensi pro servitiis... florenos hungaricales in bonis Koscierzyn inscribit. Thorunii, anno 1454.

Ludovicus Erlichshausen obligat se soluturum stipendia militibus suis. Datum Mariæburgi, die S. Dionisii, anno 1454.

Ludwik Erlichshausen, mistrz krzyżacki od 1449 do 1467; od pokoju toruńskiego 1466 hołdownik polski.

Należała się zaciężnemu wojsku Krzyżaków podług Bielskiego summa 400,000 złotych, czyli dzisiejszych 6,400,000, podług Kromera 40,000, czyli dzisiejszych 640,000, co podobniejsza do prawdy. Wielki mistrz nie mogąc tej summy na termin oznaczony zapłacić, wypuścił swemu wojsku Malborg i inne zamki, które toż wojsko odebrawszy od króla polskiego swą należytość jemu 1457 poddało, jak świadczy dokument pod tym rokiem.

Casimirus rex Nicolao de Styborzyn, palatino Brestensi, pro ducentis equitibus et centum peditibus, cuilibet equiti pro quartali decem florenos hungaricales et pediti quinque florenos hungaricales stipendii pro medietate quartalis assignat et assecurat. Castrum Tuchola munire et bellico apparatu implere, atque pro impensis satisfactionem promittit, quod si obsesso ab hoste suppetias non tulerit, facultatem promittit de castro disponendi. Datum Brestiæ, die S. Laurentii, anno 1455.

Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 903.

Idem castrum Człuchow Nicolao de Styborzyn, palatino Brestensi, et Vlodkoni de Danaborz, castellano et capitaneo Naklensi comittit, ut centum equites et ducentos pedites in eo teneant, simulque de stipendio paciscitur. Datum Brestiæ, post festum S. Luciæ, anno 1455.

Idem duo millia ducatorum inscribit in Tuchol Nicolao de Styborzyn palatino Brestensi. Anno Domini 1455.

Idem Joanni de Koscielec succamerario Dobrzynensi septem millia trecentos quinquaginta florenos assecurat in curia Jasieniec nuncupata in terra Pomeraniæ, anno 1455.

Transumptum in forma publici instrumenti sub sigillo cantoris Cracoviensis duarum litterarum Ludovici magistri Prussiæ, Henrici commendatoris et conventus Cruciferorum, quibus continetur pactum cum militibus stipendiariis eorum. Cracoviæ, post Simonis et Judæ, anno Domini 1455.

Joannes episcopus Vladislaviensis cum administratoribus et proceribus terræ Prussiæ concordiam init cum stipendiariis castra pruthenica præsidio tenentibus, de solvendis ipsorum stipendiis et damnis, quæ sustinuerunt servientes magistro et ordini, denique et de castrorum resignatione per eosdem stipendiarios. Datum Thorunii, post festum Assumptionis B. V. M., anno 1455.

Jan Gruszczyński, biskup kujawski, od 1450 do 1463.

Henricus de Plauen commendator concordiam cum comite Martfortensi Czerwonka et aliis militibus per magistrum datam approbat, feria quarta post SS. Simonis et Judæ, anno 1455.

Joannes civis Thorunensis fatetur se accepisse solutionem summarum suarum in theloneis hærentium, anno Domini 1456.

Casimirus rex cum Vladislao de Danaborz de præsidio et custodia castri Członchow ac stipendiis certitudine paciscitur. Datum Petricoviæ in crastino S. Mathæi apostoli, anno 1456.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. II, pars 2, p. 910.

Idem oppida Bydgoszcz in Inovladislaviensi et Tuchola in Pomeraniæ terris sita cum omnibus villis eo pertinentibus, postquam ea Nicolaus de Styborzyn palatinus Brestensis in manus regis resignasset, litterasque quarum vigore possidebat cassasset, Joanni de Koscielec succamerario Dobrzynensi confert. Datum in conventione generali Kolensi, post dominicam Lætare, anno 1457.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. II, pars 2, p. 913.

Casimirus rex Creslao de Grodziczno ducentas marcas ruthenicales super villis Sztumsdorf et Peterswald intuitu meritorum inscribit. Datum feria quarta ante festum S. Egidii, anno 1457.

Idem ordinationem militum stipendiariorum facit cum Vlodkone de Danaborz castellano et capitaneo Naklensi occasione castri et oppidi Człuchow. Datum in Radziejow, anno 1457.

Idem eidem summam octingentorum florenorum polonicalium in stipendium militum præsidiariorum castri Człuchow expositam in civitate Człuchow assecurat. Datum in Radziejow, anno 1457.

Idem Mathiæ de Mielno centum marcas super villas Jurgisdorflobe inscribit. Datum Marienburgi, anno 1457.

Milites Cruciferorum recognoscunt sibi per regem Casimirum pro stipendiis retentis satisfactum esse. Anno 1457.

Wyznaczeni na sejmie piotrkowskim roku 1456 deputaci do traktowania z wojskiem krzyżackiem o poddanie twierdz pruskich zastawionych mu przez mistrza Ludwika Erlichshausen, weszli w układy z dowódzcą Ulrykiem Czerwonką i naznaczyli dla tego wojska w nagrodę wysłużonego żołdu i strat poniesionych, podług Bielskiego i innych prócz Długosza, summę 476,000 złotych polskich, która, po 16 teraźniejszych licząc na złoty ówczesny, wynosi 7,616,000 złotych, i z tej summy Ulryk Czerwonka króla kwituje.

Instrumentum publicum sub nomine Nicolai Spicimeri decretorum doctoris, cantoris ecclesiæ cathedralis Cracoviensis, et collectoris denarii census S. Petri cameræ apostolicæ, quo continetur recognitio Ulrici Czerwonka supremi capitanei in Marienburg et stipendiariorum militum quondam magistri Prussiæ satisfactionem sibi per Casimirum regem præstitam. Casimirus cum Leonardo Vlodkone

de Danaborz, castellano Naklensi pro tenuta Człuchoviensi componit in conventione Petricoviensi, anno 1459.

Idem eidem castrum et civitatem Człuchow et Choynice aliaque oppida et villas in summa duodecim millium aureorum obligat et de omni securitate cavet. Posnaniæ, ante festum S. Mariæ Magdalenæ, anno 1459.

Ludovicus Erlichshausen paciscitur inducias cum Casimiro rege ad viginti mensium decursum. Datum Konigsbergæ, anno 1459.

Idem cuidam Mathiæ burgenmeister dat certam villam ad vitæ tempora. Datum Konigsbergæ, die S. Mauritii, anno 1459.

Casimirus rex Creslao Słowak de Kłopocin vexillifero Ravensi duodecim centa et viginti marcas leves ruthenicales in bonis Koscierzyn inscribit ad exemptionem. Thorunii, anno 1462.

Idem Joanni de Koscielec palatino Inovladislaviensi summam trium millium florenorum hungaricalium in castro Swiecie inscribit. Datum in conventione generali Petricoviensi, in crastino Conversionis S. Pauli, anno 1463.

Jan z Kościelca, wojewoda inowrocławski u Niesieckiego od 1466 do 1470.

Idem Adamo Wilkanowski oppidum Malborg in summa centum sexaginta marcarum et centum aureis hungaricalibus inscribit. Anno 1463.

Idem Petro Schorcz de Obrąb mille florenos puri auri in fortalitio Kiszewa inscribit. Datum Lanciciæ, post S. Ægidii festum, anno 1464.

Idem Christophoro Rebenter Mariæburgensi notario quatuor mansos in Zuława confert. Datum Cracoviæ, feria quinta infra octavas Visitationis B. V. M., anno 1465.

Idem dat facultatem Joanni Stroth eximendi villas Sztumdorf et Peterswald de manibus Perstani, alias Kiersztan de Grodziczno. Datum Thorunii, ante SS. Simonis et Judæ, anno 1466.

Idem Joanni de Koscielec palatino Inovladislaviensi centum marcas in oppido Tuchola inscribit. Anno 1466.

Idem dat consensum redimendi villam Slepla Joanni Sidinchausen civi Gedanensi. Datum anno 1466.

Idem dat salvum conductum magistro et ordini Cruciferorum ad tractandum de pace. Anno 1466.

Pax inter Casimirum regem Poloniæ et Ludovicum Erlichshausen magistrum Prussiæ per Rudolphum episcopum Laventinum facta, qua ex parte regis continentur duces Masoviæ et Stolpensis, nec non episcopus Varmiensis. Sopitis omnibus injuriis, terra Culmensis,

Michaloviensis, Pomeraniæ relinquitur regi, magister omni jure abrenuntiat, excepta portione Nergiæ cum duabus villis Scheytte et Neudorf a rege magistro donatis. Cedit præterea magister regi castro Marienburgensi cum duabus insulis, castro Sztum, civitate Elbingensi, oppido Krishburg, sibi Konigsberg cum reliquis reservat et cum episcopatu Sambiensi. Rex magistrum regni Poloniæ principem et consiliarium creat, præstiturum fidelitatis homagium regi et regno, in senatu ad sinistram partem locum habiturum. Stabilitur unio perpetua, ut nullum alium magister superiorem nisi summum pontificem et regem agnoscat. Culmensis episcopus subjicitur archiepiscopo Gnesnensi, Varmiensis episcopus cum suo capitulo regi subjectus erit. Bona ecclesiastica Varmiensium, Culmensium, Pomesaniensium et Sambiensium episcopatuum occupata restaurentur, captivi dimittantur, mercatores liberam habeant commeandi potestatem, ad ordinem Cruciferorum Poloni admittantur, securitas subditis utriusque cavetur. Constituunt procuratores tam rex quam magister, qui hanc pacis constitutionem a summo pontifice confirmari petent. Datum Thorunii, die solis decima nona octobris, anno Domini 1466.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 163. Vol. Leg. 1, fol 202. Du Mont, *Corps dipl.*, t. III, part. I, fol. 348.

Pośrednikiem pokoju między Krzyżakami a Polską w Toruniu roku 1466 zawartego, był legat papieża Pawła II, Rudolf de Laturre, biskup wrocławski, którego Bielski także lawentyńskim nazywa.

Casimirus rex Poloniæ quindecim millia florenorum hungaricalium Ludovico de Erlichshausen magistro ordinis Prussiæ se soluturum duabus rathis pollicetur. Datum Thorunii, 19 octobris, anno 1466.

Ludovicus magister ordinis in Prussia recognoscit vigore pacti a rege Casimiro centum quinquaginta florenorum se recepisse ad rationem. Datum Thorunii, 19 octobris, anno 1466.

Idem inhærendo pactis remittit culpam subditis suis, qui regi Casimiro, regnoque Poloniæ adhæserunt, et omnem securitatem iisdem promittit. Datum Thorunii, 19 octobris, anno 1466.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 174.

Idem subditis regis Poloniæ sub jurisdictione sua bona habentibus remittit servitia, tributa, aliaque onera ad viginti quinque annos, propterea quod illi quoque rex servitutem bellicam, quæ ex pactis, ad viginti annos remisit, excepto casu belli contra Turcas et Tartaros. Datum Thorunii, 23 octobris, anno 1466.

Fœdus inter Casimirum regem Poloniæ, et Ludovicum magistrum

Prussiæ sancitum Thorunii sub sigillis Friderici cardinalis, et Gaspari episcopi Caldiensis. Anno 1466.

Casimirus rex Nicolao Knuth et Joanni Maszow super oppido Malborg et villa Wyszwad quadringentos florenos hungaricales inscribit. Datum Thorunii, anno 1466.

Casimirus rex Joanni de Koscielec palatino Inovladislaviensi ducentos sexaginta aureos, quos Joanni Jasiński capitaneo Osieciensi persolvit, in eodem oppido Osiek assecurat. Cracoviæ, ante festum S. Matthæi, anno 1467.

Idem eidem sex millia florenorum hungaricalium pro stipendiariis in conservationem civitatatis Thorunensis erogatos in civitate Swiecie, nec non in Osiek et Jasieniec desertis fortalitiis inscribit. Datum in Brzeście, die S. Dorotheæ, anno 1467.

Transumptum litterarum Ludovici magistri Prussiæ, quibus permittit ut subditi ejus petant absolutionem ab excommunicatione ob rebellionem contra eos fulminata. Sub nomine Joannis episcopi Cracoviensis extraditum Cracoviæ, die 8 septemb., anno 1467.

Jan Lutecus, biskup krakowski od 1464, zmarły 1471.

Capitulum Varmiense pacem Thorunii per Rudolphum episcopum Laventinum, legatum apostolicum, inter Casimirum regem et Ludovicum magistrum Prussiæ factam approbat, et illam impleturum se juramento obligat. Datum in castro capitulari Allenstein, die 27 januarii, anno 1467.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 176.

Casimirus rex cum Leonardo Vlodkone de Danaborz castellano Naklensi pro tenuta Człuchoviensi componit in conventione Petricoviensi. Anno 1469.

Henricus Rychtemberg magister Prussiæ in conspectu Casimiri regis et ejus consiliariorum præstat juramentum fidelitatis eidem regi coram Joanne archiepiscopo Gnesnensi, omniaque puncta pactorum Thorunensium ratificat. Actum in Piotrkow tempore conventionis generalis, 20 novembr., anno 1470.

Henryk Ryterberg, wielki mistrz krzyżacki, od 1467 do 1473. Jan Gruszczyński, arcybiskup gnieźnieński, od 1464 do 1473.

Casimirus rex Creslao Słowak de Kłopocin trecentos aureos in bonis Koscierzyn inscribit. Cracoviæ, feria sexta infra octavas sacratissimi Corporis Christi, anno 1471.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Poloniæ*, t. I, pars 2, p. 942.

Idem Rudolpho consuli Gedanensi ducentas marcas super villa Seginsz in Zuława consistenti inscribit. Datum Thorunii, feria tertia infra octavas Nativitatis dominicæ, anno 1472.

Idem Petro de Obrąb rotmagistro summam pro stipendiis militum suæ catervæ erogatam in bonis Zator assecurat. Cracoviæ, anno 1472.

Idem Petro Schorcz de Obrąb centum florenos hungaricales inscribit in bonis Kiszewa. Datum Brestiæ, anno 1473.

Idem Creslao Słowak de Kłopocin centum hungaricales in oppido Koscierzyn ac villis eo pertinentibus inscribit. Datum Brestiæ, anno 1473.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. II, pars 2, p. 948.

Idem civibus Thorunensibus dat medietatem censuum ex tenuta Swiecensi. Datum in Gostyn, in dominica post Circumcisionis festum, anno 1473.

Idem Nicolao de Bayzen villam Postelcz in trecentis florenis hungaricalibus assecurat. Datum in Pyzdry, feria sexta post festum S. Luciæ virginis, anno 1474.

Sixtus papa IV confirmat privilegia et indulgentias Cruciferorum. Romæ, 3 idus augusti, anno 1474.

Sixtus IV papież, od 1471 do 1484.

Casimirus rex Petro Schorcz centum marcas polonicales super bonis Kiszewa inscribit. Anno 1474.

Idem acceptis mutuo octingentis marcis levibus pruthenicis a civibus Graudentinensibus, iis in eadem summa obligat villam Wolica ad castrum Graudentinense spectantem. Datum Mariæburgi, feria sexta post S. Luciæ festum, anno 1476.

Idem Nicolao de Bayzen mille marcas pruthenicales assecurat in villis Postelcz et Aldemark. Datum Mariæburgi, feria quarta ante festum S. Petri, anno 1476.

Idem inscribit duo millia florenorum aureorum Stiborio de Bayzen, palatino Mariæburgensi super castro et oppido Sztum. Anno 1476.

Admissio civium Gedanensium ad potestatem castri Swiecie in terra Pomeraniæ. Anno 1476.

Casimirus rex Petro Schorcz quinquaginta florenos hungaricales super bonis Kiszewa inscribit. Datum Mariæburgi, feria sexta ante festum S. Pauli ad Vincula. Anno 1476.

Henrici de Richtemberg magistri Prussiæ pacta cum Nicolao episcopo Varmiensi. Datum Regiomonti, die S. Andreæ, anno 1476.

Casimirus rex Nicolao Bayzen dat facultatem eximendi villas Sztumsdorf, Peterwald, Jurgisdorf, Male et Leba, ac insuper mille marcas pruthenicales in bonis quondam Holland patri ejus inscriptas, cum bona eadem Holland ex concordia cum Cruciferis illis cesserint, in villas præfatas transfert. Datum Mariæburgi, ante festum S. Petri, anno 1476.

Mathias rex Hungariæ Nicolaum episcopum Varmiensem cum suo capitulo in suam suscipit protectionem, reservata duntaxat superioritate summi pontificis, cui immediate subest, et contra regem Poloniæ se defensurum pollicetur, ea conditione, ut neuter inducias paciscatur, nisi alterutro consulto. Die 12 martii, anno 1477.

Maciej Korwin, syn Jana Hunniady, król węgierski, od 1458 do 1490. Mikołaj Tungen, biskup warmiński od 1471 do 1489.

Oratores regis Casimiri Budæ cum consiliariis Hungariæ tractantes in eum modum convenerunt, ut, indicto Siradiæ conventu, oratores Poloniæ et Hungariæ regum, magister Prussiæ, et Nicolaus Tungen episcopus Varmiensis se sistant cum salvo conductu, bellum interea cesset, secundum pacta thorunensia pax inter magistrum et regem fiat. Rex Hungariæ instare debet, ut Nicolaus episcopatu Varmiensi cedat, ac Pomesaniensi sit contentus, rex eum in gratiam recipiat. Differentiæ inter regna Poloniæ et Hungariæ per mutuos consiliarios componantur. Datum Budæ, feria sexta ante dominicam Palmarum, anno 1479.

Martinus Truchses magister Prussiæ, cum ultra sex menses præstare juramentum Casimiro regi distulisset, bellumque inde ortum esset, interventu Mathiæ regis Hungariæ, castra Brodnica, Chełmno et Starygrod regi restituit cum bombardis, et pixidibus, et apparatibus ecclesiasticis, de injuriis episcopo Varmiensi illatis arbitrio consiliariorum regis permittit, damna bello illata resarciet. Datum in Nova Civitate, die 12 octobr., anno Domini 1479.

Marcin Truchses, wielki mistrz krzyżacki, od 1477 do 1489.

Martinus Truchses condonat subditis episcopatus Pomesaniensis quod cum rege senserint. Datum in Nova Civitate, post S. Dionisii, anno 1479.

Casimirus rex ad intercessionem filiorum suorum quibusdam nobilibus districtus Brodnicensis et Culmensis, quod tempore belli partibus Teutonici ordinis adhæserint, culpam remittit. Datum in

Korczyn, feria secunda proxima ante festum S. Hedvigis, anno Domini 1479.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 185.

Capitulum Varmiense mittens nuntios suos ad tractandum cum rege Casimiro, dat eis facultatem peragendi omnia. Datum in Allensztein, die 22 maii, anno 1479.

Martinus Truchses magister Prussiæ quietat Casimirum regem de duobus millibus aureorum sibi, ratione cessionis de episcopatu Culmensi, per manus Joannis Łąka de Ciechosławice canonici Posnaniensis et Lanciciensis persolutis. Anno 1479.

Idem fatetur se cum rege Casimiro de illatis in episcopatu Varmiensi belli tempore damnis transegisse in claustro Hideburgensi, die S. Venceslai, anno 1480.

Idem Casimiro regi prorogat terminum solutionis summæ quatuor millium florenorum. Datum in Korczyn, die S. Michaelis, anno Domini 1480.

Vilhelmus de Hagen civis Gedanensis ad rationem mille ducentorum florenorum trecentos florenos apud Gedanenses ex censu regi debito sibi a rege Casimiro demonstratos fatetur, et in partem soluti debiti recipit. Datum Gedani, die 7 aprilis, anno 1480.

Martinus Truchses magister Prussiæ Casimiro regi prorogat ad annum solutionem summæ quatuor millium florenorum hungaricalium quam, vigore transactionis in conventione in Nova Civitate factæ, idem rex se soluturum ipsi obligavit. Datum Regiomonti, die S. Lucæ evang., anno Domini 1481.

Idem de mille quingentis hungaricalibus per manus Nicolai de Bayzen palatini Mariæburgensis acceptis, regem quietat. Datum Regiomonti, sabbatho ante dominicam Oculi, anno Domini 1481.

Casimirus rex Alberto Witwalski quinquaginta marcas pruthenicales inscribit in villa Sblewo, Vilnæ, post Cinerum, anno 1481.

Inscriptio centum triginta septem florenorum Jacobo Czepel per Ozdfridecki. Anno 1482.

Martinus Truchses magister Prussiæ per manus Danielis de Bielaczow pro bonis Brodnica, Chełmno et Starygrod tribus rathis se octo millia florenorum hungaricalium percepisse fatetur. Datum Regiomonti, in vigilia Omnium Sanctorum, anno 1482.

Idem quietat Casimirum regem de summa trium millium aureorum pro damnis in episcopatu Varmiensi illatis, sibi ab eodem rege promissa. Datum Regiomonti, in vigilia Omnium Sanctorum, anno 1482.

Idem quietat Casimirum regem de summa trium millium aureorum pro damnis in episcopatu Varmiensi illatis, sibi ab eodem rege promissa. Datum Regiomonti ante S. Vincentii festum, anno 1482.

Nicolaus de Koscielec Tucholensis etc., capitaneus Jacobo Czestek de Zakow sexaginta septem florenos hungaricales in villa Czechocino inscribit. Datum in Człuchow; feria 2 ante Nativitatis Domini festum, anno 1483.

Casimirus rex dat facultatem Nicolao de Koscielec obligandi villas Czechocino, et Słupie Jacobo Czestek de Zakow. Datum Lublini, ante festum S. Petri ad cathedram, anno Domini 1484.

Sixtus papa IV omnia jura et privilegia Cruciferorum confirmat. Datum Romæ, tertio nonas..., anno 1484.

Casimirus rex dat consensum Joanni Sokołowski de Wrącza castri et oppidi Graudentinensis de manibus Felicis Skalski in tribus millibus quadringentis florenis obligati redimendi. Datum Petricoviæ, feria sexta post S. Luciæ, anno 1484.

Alia inscriptio quinquaginta hungaricalium florenorum ratione ædificiorum castri Graudentinensis facta ab eodem rege, anno Domini 1485.

Idem rex Nicolao de Bayzen palatino Mariæburgensi centum florenos hungaricales in villa Fudriszdorff inscribit. Datum Thorunii, feria sexta post Tiburtii, anno Domini 1485.

Ejusdem regis litteræ de villis magna et parva Mandrowieś. Datum ut supra, anno Domini 1488.

Joanni Sokołowski castellano Sanocensi idem rex quingentos et decem florenos hungaricales generosæ Dorotheæ de Kliczow, quondam generosi Skalski capitanei Graudentinensis consorti, ratione reformationis dotis et dotalitii datos, in prædicto capitaneatu Graudentinensi inscribit. Datum Petricoviæ, anno 1488.

Nicolaus de Koscielec capitaneus Tucholiensis villam parvam Mandrowieś, in trecentis florenis invadiat Catharinæ de Rymarzow. Datum Petricoviæ, die S. Martini, anno 1488.

Idem eidem Catharinæ relictæ olim Laurentii de Siedlec, ac liberis ipsius recognoscit debitum quadringentorum aureorum florenorum, illudque in villa magna Mandrowieś inscribit. Datum in conventione Petricoviensi, die et anno ut supra.

Idem Stanislao Dolanga de Pomarzany in ducentis aureis villas Gosliczyn et parvam Zbysław in terra Pomeraniæ sitas obligat. Datum Cracoviæ, post S. Joannis festum, anno Domini 1490.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Pol.*, t. II, pars 2, p. 937.

Casimirus rex dat consensum Martino Tesmer eximendi medietatem oppidi Behrend alias Koscierzyn de manibus Agathæ Kielar. Datum in Grodno, anno 1490.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Pol.*, t. II, pars 2, p. 956.

Idem Georgio Brandt civi Gedanensi ducentas marcas in villa Kozielce inscribit. Datum anno 1490.

Idem Henrico Rychszten consuli Elbingensi centum marcas in villa Bongart inscribit. Petricoviæ, anno 1490.

Idem dat consensum Joanni Sokołowski redimendi villam Sblewo de manibus Joannis Smogulen, anno 1491.

Idem accepta mutuo a Gedanensibus summa quinque millium hungaricalium florenorum, eandem super castro et civitate Pucko ipsis inscribit. Datum Lublini, anno 1491.

Idem Gasparo Kmith triginta marcas in bonis Balbork districtus Człuchoviensis inscribit. Datum Vilnæ, die S. Stanislai, anno 1492.

Joannes Albertus rex Poloniæ divisionem bonorum inter Andream et Nicolaum germanos de Koscielec per Joannem et Petrum Koscieleckie factam approbat. Datum Posnaniæ, ante sanctorum Simonis et Judæ festum, anno Domini 1493.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Pol.*, t. II, pars 2, p. 959.

Alexander papa VI jura Cruciferorum approbat. Datum Romæ, calendas januarii, anno 1494.

ALEXANDER VI, od 1492 do 1503.

Joannes Albertus rex obligationem villarum Lichnowo ac Granowo in districtu Tucholiensi in sexingentis marcis polonicalibus per Nicolaum de Koscielec Joanni Baranowski genero suo factam approbat. Thorunii, post Oculi, anno 1494.

Idem Casimiri regis litteras Georgio Tworkowski inscriptionem ducentorum florenorum in oppido Hamersztein continentes confirmat. Datum Thorunii, ante domicam S. Catharinæ, anno 1494.

Nicolaus de Koscielec capitaneus Tucholiensis Joanni Zbrozek, ultra priorem summam in villa Kiełpino inscriptam, adscribit in eadem centum florenorum hungaricalium in solidis. Datum in castro Tucholiensi, post Oculi, anno 1494.

Joannes Albertus rex Henrico Rychszten consuli Elbingensi centum marcas in villa Bongart in terra Elbingensi inscribit, anno 1495.

Idem Sbigneo de Tenczyn succamerario Cracoviensi, capitaneo

Mariæburgensi centum et quinque marcas in villa Koscielec inscribit. Thorunii, feria 2 post Oculi, anno 1495.

Idem inscribit trecentos florenos hungaricales Paulo Sokołowski super Grudziące, anno 1498.

Transumptum sententiæ Gerhardi de Carceribus et Petri Gervasii pro rege Casimiro Magno contra Cruciferos latæ, sub nomine et sigillo Friderici cardinalis et capituli extraditum. Datum Cracoviæ, undecima die maii, anno Domini 1499.

Joannes Albertus rex dat facultatem Nicolao de Koscielec palatino Inovladislaviensi obligandi villam Polski Czekim in trecentis florenis hungaricalibus Georgio de Tworkow. Cracoviæ, post Reminiscere, anno 1500.

Innovatio inscriptionis ducentorum aureorum in bonis Hamersztein Georgio Tworkowski. Anno 1501.

Alexander rex dat consensum Paulo Sokołowski capitaneo Graudentinensi eximendi villam Wołcz de manibus consulum Graudentinensium. Datum Cracoviæ, feria 6 post S. Luciæ, anno 1501.

Petrus prior domus Majoris Cartusiæ, cæterique definitores capituli generalis ordinis Cartusiensis, Sigismundum principem Casimiri Poloniæ regis natum, ob singularem effectum erga ordinem et specialiter ad domum S. Michaelis archangeli in Hungaria prope Levelth fundatum, in participem ordinis sui ad universa suffragia, atque omnium missarum, orationum, vigiliarum, jejuniorum exterorumque exercitiorum spiritualium faciunt participem. Datum in dicta domo Cartusiæ, feria 2 post dominicam Cantate, anno Domini 1502.

Alexander rex, accepta mutuo summa mille florenorum hungaricalium pro sua et regni necessitate a magistratu consulari Gedanensi, eamdem super arce et civitate Pucensi inscribit. Datum in Szydłow, post octavas sacratissimi Corporis Christi, anno Domini 1502.

Idem Martino Tesmer præbet consensum eximendi medietatis oppidi Koscierzyn de manibus Nicolai Wilkanowski canonici Plocensis. Cracoviæ, die S. Mathiæ, anno 1502.

Nicolaus Koscielecki palatinus Brestensis, acceptis mutuo ducentis quinquaginta florenis hungaricalibus a Joanne de Więcławice, villam Zbysław wielki dictam ad capitaneatum Tucholiensem spectantem in eadem summa obligat. Datum in Gniewkow, anno 1502.

Mikołaj Kościelecki, wojewoda brzesko-kujawski, od 1501 do 1508.

Alexander rex decretum commissariorum, quo Nicolao Szpot de Kraiow castellano Gedanensi castrum Sztum post mortem Nicolai

de Bayzen, jussu regiæ majestatis tradiderunt, cum specificatione omnium quæ in arce continebantur, approbat. Cracoviæ, anno 1502.

Dunin Mikołaj Szpot, herbu Łabędź, kasztelan gdański, u Niesieckiego tylko 1500 roku.

Idem eidem dat facultatem eximend oppidum Sztum de manibus successorum Nicolai de Bayzen palatini Marienburgensis, reservata sibi medietate censuum ejusdem capitaneatus. Datum Cracoviæ, in vigilia S. Thomæ apostoli, anno 1503.

Mikołaj Bażeński wojewoda malborski, u Niesieckiego 1501.

Idem Nicolao Czema et Georgio Bayzen ducentos florenos hungaricales super villa Posilia inscribit. Datum Lublini, anno 1503.

Idem Nicolao Szpot castellano Gedanensi dat facultatatem eximendi castrum et oppidum Sztum cum villis eo pertinentibus de manibus Georgii de Bayzen succamerarii Mariæburgensis et Viti Veysdorff. Datum Cracoviæ, in vigilia S. Matthæi, anno 1503.

Idem Georgio Brandt civi Gedanensi centum florenos hungaricales in regia Majoris Insulæ inscribit. Datum Mariæburgi, anno 1504.

Idem Nicolao Szpot castellano Gedanensi sexcentos florenos hungaricales modo simplicis debiti super castro et oppido Sztumensi inscribit. Datum anno 1504.

Idem pollicetur Gedanensibus nemini se daturum facultatem eos de bonis Pucko eximendi. Datum Gedani, anno 1504.

Idem mille florenos in auro, octingenta triginta sex florenos hungaricales in argento a generosa Anna de Dąbrovica relicta, ac liberis generosi olim Pauli Sokołowski castellani Sandecensis et capitanei Graudentinensis mutuo acceptos, super castro et oppido Grudziądz prædictis Annæ consorti et liberis Pauli Sokołowski inscribit, non nisi propria pecunia sua, vel successorum suorum eos de dictis bonis eximendo. Thorunii, anno 1504.

Idem recognitionem debiti septingentorum florenorum hungaricalium per Nicolaum de Koscielec palatinum Brestensem Petro Działyński de Wola castellano Słonensi super villa Ostrowice in districtu Tucholiensi factam approbat. Thorunii, anno 1504.

Idem Nicolao de Koscielec palatino Brestensi dat consensum obligandi villam Jedlno in districtu Tucholiensi sitam Joanni Działyński de Wola filio Petri castellani Słonensis. Datum Thorunii, feria sexta post S. Stanislai, anno 1504.

Idem debita post serenissimum parentem suum apud Georgium de Bayzen succamerarium Marienburgensem et Nicolaum Czema

contracta, et per Nicolaum de Bayzen exsoluta, videlicet summam duorum millium florenorum' in bonis Kisborg, Bongard et aliis eidem Nicolao inscribit et assecurat. Datum Marienburgi, ante sancti Joannis, anno 1504.

Idem nobili Gasparo Kmita aulico multis apud se officiis probato, summam centum florenorum hungaricalium in oppido Hamerstein et villis inscribit. Cracoviæ, in crastino Conceptionis, anno 1504.

Idem exsolvendo debita prædecessorum suorum Georgio de Bayzen, et Nicolao de Czema octoginta florenorum hungaricalium et viginti quinque marcas leves in villa Posilia inscribit. Thorunii, post festum S. Stanislai, anno 1504.

Idem Gedanensibus duo millia florenorum in bonis œconomicis inscribit. Datum Gedani, feria sexta infra octavas sacratissimi Corporis Christi. Anno Domini 1504.

Idem Nicolao de Czema, et Georgio de Karszen, duo millia florenorum hungaricalium, in villa Nowe inscripta, illis in villam Posoka transfert, et ibidem assecurat. Datum in Brzeście, ante Lætare, anno 1505.

Idem confirmat privilegia regis Casimiri super oppidum Laszyn, in terra Pomeraniæ situm Georgio Zak terrigenæ Prussiæ. Datum Lublini, feria tertia post S. Valentini, anno 1506.

Transumptum quarundam protestationum coram summo pontifice Martino V et cardinalibus, nomine magistri Prussiæ factarum, quo efficere contendebat magister ne post latas sententias arbitrales a Sigismundo Romanorum imperatore, nuntius pacis constituendæ causa in Prussiam et in Poloniam mitteretur. Sub nomine Job episcopi Pomesaniensis. Datum in castro Montis Regii, die 4 octob., anno 1506.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 192.

Alexander rex Nicolao de Koscielec, Brestensi palatino, oppidum Człuchow eximendi dat facultatem de manibus Petri Gorski, castellani Naklensis, ac insuper sexingentos florenos hungaricales in eadem tenuta inscribit. Datum Lublini, feria tertia post Reminiscere, anno 1506.

Sigismundus rex Poloniæ dat facultatem reverendo Lucæ episcopo Varmiensi eximendi castrum Sztumense cum oppido et villis de manibus Nicolai Szpot. Cracoviæ, anno 1506.

Łukasz Weiselrodt, biskup warmiński, od 1489 do 1512.

Idem Nicolao Szpot circa exemptionem castri Sztum, frumenta

se soluturum, ac mediatatem censuum anni daturum pollicetur. Petricoviæ, in conventione generali, anno 1509.

Transumptum privilegii Casimiri regis sub nomine et sigillo civitatis Elbingensis, quo Nicolao Bayzen, palatino Marienburgensi, idem rex pollicetur ipsum prius medio anno avisaturum, quam castrum et oppidum Sztum de manibus ipsius exemptum fuerit. Anno 1510.

Idem Sigismundus rex dat potestatem Elbingensibus censum quadringentorum florenorum a civibus Thorunensibus solvi solitum de manibus Christinæ Henrici Kriger uxoris eximendi, ita ut elapsis quatuor annis trecentos tantum florenos tollant, censum vero ex summa capitali defalcent. Datum Cracoviæ, feria secunda post conductus Paschæ, anno 1511.

Ejusdem commissarii una cum nuntiis capituli Varmiensis declarant articulum de persona regi grata in episcopum eligenda, videlicet quod vacatione sedis episcopalis contingente, teneantur canonici exhibere suorum omnium nomina regi, qui selectis quatuor unum ex illis eligendum proponet iisdem, electumque postea papæ præsentabit. Datum Cracoviæ, anno Domini 1512.

Fabianus episcopus Varmiensis cum capitulo de electione episcopi Varmiensis articulos concordiæ confirmat, eo adjecto ut nominati sint veri terrarum Prussiæ indigenæ, nisi quod filius vel frater regis, qui prius esset de gremio capituli, etiam nominari poterit. Datum in comitiis Petricoviensibus, die 7 mensis decembris, anno Domini 1512.

Vol. Leg. I, fol. 379.
Fabian Luzyański, biskup warmiński, od 1512 do 1523.

Simonis magni commendatoris cum toto ordine Cruciferorum in Prussia mandatum procuratorium ad componendum et tractandum de pace cum Sigismundo rege. Datum Regiomonti, feria sexta post SS. Simonis et Judæ, anno Domini 1512.

Sigismundus rex cum Sophia et Catharina Nicolai Koscielecki filiabus pro summis super castris Tuchola et Swiecie patri eorum inscriptis transigit, et certam summam prædictis filiabus Sophiæ, et Catharinæ Nicolai de Walewice succamerarii Sochaczoviensis consorti, se soluturum pollicetur. Datum in Radom, feria quarta post festum S. Viti, anno 1513.

Idem Nicolao de Koscielec palatino Inovladislaviensi castrum Sztum de manibus Fabiani episcopi Varmiensis eximendi dat facultatem. Posnaniæ, die S. Priscæ, anno 1513.

Juramentum canonicorum Varmiensium Sigismundo regi Poloniæ, anno 1513.

Lucas de Alen concordat cum rege Sigismundo de castro Regenhausen ac villa Goryn, ita ut ad vitam ea teneat, post mortem vero si filium non habuerit, duo millia florenorum ex summa capitali se remissurum pollicetur, si vero filium habuerit, unum tantum mille ducatorum. Posnaniæ, dominica Jubilate, anno 1513.

Maximilianus electus imperator absolvit Gedanenses et Elbingenses cives a banno et aliis pœnis cameræ imperialis, inhibetque ne contra ipsos ullo modo quoad ipse vixerit procedatur. Datum Viennæ, die 4 augusti, anno 1515.

Maxymilian cesarz, od 1493 do 1519.

Sigismundus rex Poloniæ Mathiæ Kostka de Stemberk villas certas in terra Culmensi districtu Rogoziensi sitas de manibus Stanislai Kostka de eodem Stemberk redimendi dat facultatem. Datum in Thorun, die S. Michaelis, anno 1520.

Idem eidem dat facultatem eximendi villas Szemphalt, Jankowice de manibus Georgii Zak. Viennæ, 13 febr., anno 1520.

Transumptum litterarum Caroli V imperatoris ad tractandam et confirmandam pacem inter Sigismundum regem Poloniæ et ordinem Cruciferorum atque ducem Moschorum. Datum in Colonia, die 14 novemb., anno 1520.

Dogiel, *Codex. dipl.*, t. IV, fol. 207.
Karol V cesarz, od 1519 do 1556.

Oratores Caroli V imperatoris et Ludovici regis Hungariæ, inter Sigismundum regem Poloniæ et Albertum magistrum Prussiæ quadriennales inducias constituunt, ea conditione ut interea cæsar et rex Hungariæ cum adjunctis sibi pronuntient. Milites magistri sine injuria subditorum regis excedant de castris interceptis; quod spectat ad castra et oppida ab utraque parte intercepta et damna etiam perpessa, prædicti arbitratores etiam desuper decernant. Datum Thorunii, 22 martii, anno Domini 1521.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV. fol. 214.
Ludwik, syn Władysława Jagiellończyka, król węgierski i czeski, od 1516 do 1526.
Albert, siostrzeniec Zygmunta I, ostatni wielki mistrz krzyżacki, od 1525 xiąże pruski królewiecki hołdownik polski, zmarły 1568.

Oratores regis Hungariæ recognoscunt se plenipotentiæ mandatum ad tractandum cum Sigismundo rege Poloniæ, et Alberto magistro Prussiæ, ac duce Moschoviæ, a Carolo V imperatore Romanorum

datum, apud Fridericum ducem Lignicensem in deposito reliquisse. Anno 1521.

Albertus magister Prussiæ dat mandatum oratoribus suis ad tractandum de pace inter Sigismundum regem Poloniæ, cum oratoribus Caroli V et Ludovici regis Hungariæ Bohemiæque. Datum Braunsbergi, die 19 martii, anno 1521.

Caroli V imperatoris Romanorum mandatum commissariis suis ad constituendam pacem inter Sigismundum regem Poloniæ et Albertum magistrum Cruciferorum ordinemque Teutonicorum, et si opus fuerit ad ducem Moschoviæ, aliosque colligatos bellorum, transumptum sub titulo et sigillo Zachariæ Gardiensis episcopi ac per regnum Poloniæ de latere legati. Datum Coloniæ, die 14 novembris, anno 1521.

Albertus Prussiæ magister, marchio Brandeburgensis, transigit cum Sigismundo rege Poloniæ de captivis partis alterius, et subditis qui alteri parti adhæserant. Datum Thorunii, feria tertia proxima post dominicam Quasimodo geniti, anno Domini 1522.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 223.

Mandatum terrarum et civitatum magistro ordinis Teutonici in Prussia subjectarum, ad tractandum de concordia et pace Posonii, inter Sigismundum regem et magistrum Prussiæ. Datum Brunsbergi, feria sexta post festum S. Nicolai, anno 1524.

Alberti magistri Prussiæ mandatum, quo dat plenam facultatem Georgio marchioni Brandeburgensi et Friderico duci Lignicensi ad tractandum de pace cum rege et regno Poloniæ. Datum in castro Krensburgensi, die 2 januarii, anno 1525.

Pacta Sigismundi regis Poloniæ cum Alberto magistro Prussiæ per Georgium marchionem Brandeburgensem, et Fridericum ducem Lignicensem constituta, quibus Prussia ducatus nomine Alberto marchioni, ac fratribus ipsius Georgio, Casimiro, ac Joanni in feudum tradita est, eique primus locus in senatu constituitur, cum aliis conditionibus ibidem descriptis. Datum Cracoviæ, sabbatho in vigilia Palmarum, 8 aprilis, anno 1525.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. IV. fol. 225. Vol. Leg. I., fol. 429. ROUSSET, *Suppl. ad* DU MONT, t. III, part. 1, fol. 74.

Proceres et incolæ ducatus Prussiæ transactionem inter Sigismundum regem Poloniæ et Albertum marchionem super feudo terræ Prussiæ, per Georgium marchionem et Fridericum ducem

Lignicensem mediatores conclusam, approbant et ratificant. Datum Cracoviæ, die 9 apr., ipsa dominica Palmarum, anno 1525.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 231.

Albertus magister Prussiæ cum universis ordinibus approbat pacta Sigismundi regis Poloniæ, per Georgium marchionem Brandeburgensem et Fridericum ducem Lignicensem constitua. Regiomonti, die 18 aprilis, anno 1525.

Idem fatetur sibi a Sigismundo rege quatuor millium florenorum Rhenensium annui salarii ex thesauro Prussiæ soluta esse. Cracoviæ, anno Domini 1526.

Instructio civitatis Gedanensis data nuntiis ad regiam majestatem missis sub centum et viginti sigillis, anno 1526.

Sigismundus rex Poloniæ, missis Gedanum Christophoro de Szydłowiec, palatino et capitaneo Cracoviensi regni cancellario, Andrea de Tenczyn Sandomiriensi, Georgio Bayzen Marienburgensi palatinis, Luca de Gorka castellano Posnaniensi, et Achacio Czema succamerario Pomeraniæ, ad componendos motus intestinos, cum cives postularent caveri sibi de securitate, rexque, qui Marienburgi subsisterat, in hac forma caveri permiserat : « Promittatur et assecuretur quod quicunque se fidos et promptos exhibuerint erga regiam majestatem, et ejus majestati se accommodaverint et paruerint, erga tales clementer, benigne, uti christianum principem decet, se exhibere dignabitur. » Interdictis igitur sub pœna capitis conventiculis privatis, jussoque ut portas civitatis aperirent, bombardas de muris et turribus deducerent, rex civitatem ingressus, contuberniis coram se comparentibus, et assecurationi datæ renuntiantibus, et ut in reos animadverteret rogantibus, et eo considerato quod capita factionum, accepta assecuratione, clancularia conventicula egerint, et mandatis commissariorum non paruerint, decrevit improbos et temerarios puniendos esse, salva obsequentium securitate. Datum Gedani, feria tertia post festum Divisionis apostolorum, anno 1526.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 242. Vol. Leg. I, fol. 463.

KRZYSZTOF SZYDŁOWIECKI, wojewoda krakowski, od 1515 do 1526. JĘDRZEJ TĘCZYŃSKI, wojewoda sandomirski, od 1523 do 1526. JERZY BAŻEŃSKI, wojewoda malborski od 1515 do 1535. ŁUKASZ GORKA, kasztelan poznański, owdowiawszy został biskupem kujawskim 1538, umarł 1548.

Georgius marchio Brandeburgensis suo, et Alberti, Casimiri fratris sui filii, nomine, approbat pacta regis Sigismundi cum Alberto duce in Prussia de feudo Prussiæ inita. Datum die S. Bartholomæi, anno 1528.

Albertus dux Prussiæ recognoscit quatuor millium florenorum pensionis annuæ sibi soluta esse per Sigismundum regem. Regiomonti, anno 1529.

Albertus dux Prussiæ Sigismundum regem quietat de quatuor millium florenorum pensionis annuæ. Cracoviæ, die 17 aprilis, anno 1530.

Idem recognoscit quatuor millium florenorum pensionis annuæ sibi soluta esse per Sigismundum regem. Datum Regiomonti, die 9 aprilis, anno 1531.

Sigismundus rex Poloniæ assignat Severino Boner burgrabio, zuppario et magno procuratori arcis Cracoviensis summam tredecim millium florenorum polonicalium per Jodocum Ludovicum Decium officinæ monetariæ Thorunensis præfectum solvendam. Cracoviæ, die 1 aprilis, anno 1531.

Jodocus Decius, sekretarz króla Zygmunta I, opisał jego dzieje, umarł roku 1550.

Idem quietat de officina monetaria Jodocum Ludovicum Decium, salva solutione sibi restantis apud ipsum summæ viginti sex millium florenorum, quam ei ad triennium prorogat. Cracoviæ, 8 martii, anno 1531.

Idem eidem mandat ut civibus Thorunensibus quingentos florenos persolvat et enumeret. Datum Cracoviæ, in vigilia S. Petri, anno 1531.

Albertus dux Prussiæ recognoscit summam quatuor millium florenorum hungaricalium pensionis annuæ sibi per Sigismundum regem Poloniæ solutam esse. Anno Domini 1532.

Similis alia recognitio. Dat. Regiomonti, die 7 aprilis, anno 1532.

Similis alia recognitio. Dat. Regiomonti, dominica Quasimodo geniti, anno 1533.

Similis. Dat. Regiomonti, die 10 aprilis, anno 1534.

Similis item. Datum Regiomonti, dominica Quasimodo geniti, anno 1535.

Similis recognitio. Dat. Regiomonti, dominica Quasimodo geniti, anno 1536.

Similis ibidem, die 12 martii, anno 1536.

Sigismundus rex Hieronymo Smok de Siedlce hæredi, litteras Casimiri regis Poloniæ parentis sui, Mathiæ Smok de Siedlce dapifero Chełmensi super certa bona, tum super commutandas villas Gołczyce et Modniczyn datas, confirmat. Datum Cracoviæ, feria tertia solemnis Paschatis, anno 1539.

Idem Joanni a Werden capitaneo Novensi pro restauratione arcis

ibidem trecentos florenos ad priores summas debitas a rege adscribit. Cracoviæ, in vigilia S. Stanislai, anno 1545.

Albertus junior marchio Brandeburgensis, Casimiri filius, pacta inter Sigismundum Poloniæ regem avunculum, et Albertum seniorem ducem in Prussia patruum suum constituta approbat. Datum Regiomonti, die 1 febr., anno 1545.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV fol. 314.

Sigismundus Augustus ratum habet summas trium millium et septem florenorum et decem grossorum, ac in auro centum sexaginta quatuor florenorum per Stanislaum Kostka palatinum Pomeraniæ, terrarum Prussiæ thesaurarium persolutas esse Michaeli Działyński dapifero Culmensi, idque ad rationem reemptionis bonorum Grudziądz. Item committit ut, persoluta summa præfato Działyński, jura ab ipso recipiat. Item ut proventus Wałcz exploret, et si centum marcas pruthenicales non excedant, summam ibidem obligatam eidem Działyński solvat. Item confert sæpe præfato Działyński censum annuum, et tributa pecuniaria id est szarwarki pro redemptione laborum diurnalium constituta, mandatque prælibato palatino Pomeraniæ, ut ea illi sine impedimento tradi faciat. Datum Vilnæ, die 22 decemb., anno 1546.

Roku 1546 Zygmunt August nie był jeszcze królem, chyba że działał jako przypuszczony dawniej do rządow. Stanisław Kostka, wojewoda pomorski od 1546 do 1551.

Idem generoso et famato Joanni a Werden proconsuli Gedanensi, capitaneo Novensi, dat facultatem eximendi sex mansos de manibus Nicolai Holczslem, et castro Novensi adjungendi. Datum Cracoviæ, feria sexta ante Reminiscere, anno 1546.

Idem Stanislaum Kostka palatinum Pomeraniæ et thesaurarium terrarum Prussiæ de duodecim millibus florenis, et in auro hungaricalibus et portugalensibus boni et justi ponderis quatuordecim millium sexcentorum ad rationem proventuum terrarum Prussiæ solutis quietat. Datum Petricoviæ, die 6 januarii, anno Domini 1548.

Idem accipiens mutuo summam duodecim millium florenorum ab eodem Kostka, eandem promittit ipsi quanto citius se solutorum. Petricoviæ, anno 1548.

Consiliarii terrarum Prussiæ fatentur se Sigismundo Augusto regi fidelitatis juramentum præstitisse in conventione generali Petricoviensi. Datum Petricoviæ, feria secunda infra octavas Trium Regum, anno 1549.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 326.

Albertus dux Prussiæ quietat Sigismundum Augustum de summa quatuor millium florenorum annuæ pensionis per Stanislaum Kostka palatinum Pomeraniæ thesaurarium Prussiæ sibi soluta. Regiomonti, die 10 maii, anno 1549.

Sigismundus Augustus quietat eundem Stanislaum Kostka de summa trium millium centum florenorum. Datum Cracoviæ, die Epiphaniarum, anno 1550.

Albertus dux Prussiæ ad renovandam investituram ducatus Prussiæ mittit ad Sigismundum Augustum regem sex oratores. Datum in Doldan, die 11 nov., anno 1550.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. IV, fol. 333.

Litteræ Sigismundi Augusti quibus declarat debitum summæ decem millium florenorum exsolutum esse Eggerdo Vonkompen consuli Gedanensi. Vilnæ, anno 1552.

Sigismundus Augustus quietat magnificum Kostka palatinum Pomeraniæ de summa duodecim millium florenorum. Datum Vilnæ, post Reminiscere, anno 1558.

Idem permittit Joanni Kostka thesaurario terrarum Prussiæ, ut sibi summam quindecim millium florenorom, quam in rem ipsius ac reipublicæ erogavit, recipiat. Anno 1559.

Albertus marchio Brandeburgensis quietat Sigismundum Augustum de salario annuali sibi integre persoluto. Anno 1559.

Similis ejusdem quietatio. Regiomonti, die 5 maii, anno 1560.

Similis iterum alia ejusdem quietatio. Anno 1562.

Litteræ mille equitum, qui sibi stipendium per Albertum marchionem Brandeburgensem solutum fatentur. Datum in stativis apud S. Valdum, die 13 oct., anno Domini 1566.

Henrico Rysztern inscribuntur a rege Poloniæ centum marcæ super villa Bomgarten. Anno 1566.

Homagia, transactiones, etc., ratione ducatus Prussiæ, marchionum Brandeburgensium.

Fasciculus litterarum papyracearum, in quo continetur interpretatio litterarum reformationis dotis et dotalitii per Conradum olim ducem Masoviæ, quam fecit Annæ duci et consorti olim suæ legitimæ, in eodem fasciculo regestrorum in reparationem castri Mariæburgensis.

LITTERÆ DUCATUS LIVONIÆ.

Henricus imperator Romanorum Albertum episcopum Rigensem per totam Livoniam, et Lethiam, et terras maritimas, jure principum instituit, jus cudendæ monetæ, fundandæ civitatis Rigensis et aliarum potestatem dat, ac principem imperii creat. Datum apud Norimbergam, calend. decembr., indictione decima quarta.

HENRYK VI, cesarz z domu szwabskiego Hohenstaufen, od 1190 do 1197.

Albertus Rigensis episcopus attestatur Wiscewoldum regem de Berzika Rigam venisse, et fidem christianam professum esse, eundemque urbem suam, ac præterea Autinam et Zeessowe, aliasque civitates ecclesiæ B. M. V. tradidisse, et acceptis tribus vexillis in homagium, eadem bona ab episcopo recepisse. Acta hæc sunt anno Domini 1209, in cæmeterio B. Petri in Riga, præsidente apostolicæ sedi papa Innocentio III.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 2.
INNOCENTY III papież od 1198 do 1216.

Commutatio divisionis inter episcopatum Rigensem et fratres militiæ Christi, sub titulo Alberti episcopi Rigensis. Anno Dominicæ Incarnationis 1213.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 4.

Instrumentum publicum litterarum Innocentii III, quibus milites Teutonicos serio monet, ut episcopo Estoniensi auxilium impendant in propaganda religione christiana, et de agris cum illo non litigent, alias minatur se illis adempturum privilegia. Datum Laterani, secundo calend. novemb., pontificatus anno XVI (1214).

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 5.

Honorius papa III episcopatum et ecclesiam Livoniensem suscipit in protectionem sedis apostolicæ, et eidem Estoniam, Seloviam et Semigalliam confirmat. Romæ, apud S. Petrum, die 18 junii.

HONORIUSZ III, od 1216 do 1227.

Albertus episcopus Livoniensis, substituto fratre suo germano Her-

mano abbate S. Pauli in Brema in locum Theodorici episcopi ecclesiæ Lealensis in Estonia a paganis occisi, conventionem divisionis bonorum et jurisdictionis inter se et eundem fratrem suum, episcopum Estoniensem facit ita, ut Estoniensis episcopus jurisdictioni Rigensis subsit. Datum in Riga, XII calend. augusti, anno Domini 1224.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 6.

Honorius III designationem finium diœcesis Seloviensis auctoritate apostolica factam confirmat. Datum Laterani, decimo octavo calendas decembris, pontificatus anno IX (1225).

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 10.

Idem episcopum Livoniæ ecclesiamque ejus, cum omnibus terris nominatim vero Estonia et Semigallia in protectionem S. Petri suscipit.

Albertus episcopus Livoniensis ordinationem ecclesiæ parochialis inter suum conventum et fratres militiæ Christi constituit ita, ut fratres contenti sint capella, parochia vero cedant. Die 10 maii, anno 1225.

Idem Lambertum episcopum Seloviensem, adjuncta illi parte Semigalliæ, constituerat, sed cum is tam distantibus locis curam animarum gerere non possit, eidem post resignatione Seloviæ, totam Semigalliam attribuit. Rigæ, XII calendas aprilis, anno 1226.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 10.

Concordia inter Albertum episcopum Livoniensem et magistrum militiæ Christi de decimis, auctoritate Vilhelmi episcopi Mutinensis, legati apostolici facta. Datum in Riga, XII calendas maii, anno 1226.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 11.

Gregorius papa IX episcopo Seloviensi dat potestatem unum canonicum ad evangelizandum verbum Dei, et conversum Præmonstratensium ordinis ad obsequium suum ex quocunque monasterio Germaniæ, non obstante contradictione prælati, accipiendi. Perusii, tertio idus decembris, pontificatus anno II (1229).

GRZEGORZ IX, od 1227 do 1241,

Gregorius IX Vilhelmo episcopo Mutinensi, legato apostolico, in Revelia, Vironia episcopatus uniendi, dividendi, transferendi, ac novos instituendi dat facultatem. Datum Laterani, secundo calendas martii, pontificatus anno VII (1234).

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 12.

Gregorius IX in ecclesia Rigensi ordinem Præmonstratensium fundat, ecclesias et prædia ipsius quæ enumerat juri ipsius adscribit, ac præterea privilegia et prærogativas certas concedit. Datum Laterani, octavo calendas... pontificatus anno IX (1236).

U Dogiela ta bulla w kopii przytoczona pod rokiem 1308, t. V, fol. 37.

Magister ordinis in Livonia paciscitur cum Alberto episcopo Rigensi de certo castro terræ Veteriæ, cui posteaquam ædificatum fuerit cedere debet. Datum calendis septembris...

Præpositus et capitulum Semigalliæ consentit super prolationem limitum diœcesis Rigensis trans Dunam. Rigæ, anno 1237.

Vilhelmus sedis apostolicæ legatus vigore bullæ Gregorii papæ IX terminos Rigensis ecclesiæ profert ultra Dunam usque ad Vendam, et castrum quod Cocanis nuncupatur. Item Curonensem et Semigalliensem diœcesim limitat. Datum in Riga, anno incarnationis 1237.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 14.

Gregorius IX fratres militiæ Christi unit cum ordine fratrum hospitalis S. Mariæ Teutonicorum, idque accepto nuntio occisi magistri et quinquaginta fratrum ejusdem militiæ cum episcopis Rigensi, Derpatensi et Osiliensi. Datum Viterbii, secundo idus maii, pontificatus anno X (1237).

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 13.

Nicolaus episcopus Rigensis cedit de quarta parte insulæ Osmassaræ controversa ecclesiæ Rigensi. Acta hæc sunt in capitulo Rigensi, anno gratiæ 1239.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 15.

Innocentius papa IV episcopo Tuchalensi in transmarinis partibus legato dat potestatem privandi privilegii domus militiæ Templi, et S. Joannis Hierosolimitani, ac S. Mariæ Teutonicorum, aliosque religiosos. Datum Lugduni, 29 calendas aug., anno 1240?

Mylna data, bo Innocenty IV obrany był dopiero roku 1243, umarł 1254.

Nicolaus episcopus Rigensis bona præposito et capitulo Rigensi a suis prædecessoribus donata approbat et ipse alia adjungit. Datum in Thereyda, anno 1248.

Innocentius IV confirmat cardinalium deputatorum ordinationem, qua Semigalliensis episcopus supprimitur, Semigallia ad episcopatum Rigensem adjungitur, duabus bonorum ejus partibus episcopo, tertia magistro ordinis S. Mariæ Teutonicorum assignata. Episcopo

Curonensi tertia pars Curoniæ datur, duabus magistro relictis. Archiepiscopo Livoniæ tum instituto post cessum vel decessum episcopi Rigensis, ecclesia Rigensis pro metropoli assignatur. Datum Lugduni, secundo idus martii, pontificatus VIII (1251).

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 17.

Nicolaus episcopus Rigensis medietatem partis in Semigallia a summo pontifice sibi attributæ, capitulo Regensi donat. Rigæ, anno Domini 1251.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 18.

Idem villas quasdam capitulo Rigensi donat. Anno Domini 1252.

Idem cedit quarta parte insulæ Osmassaræ capitulo Rigensi. Anno Domini 1252.

Innocentius IV donationem mediæ partis episcopalis in Semigallia capitulo Rigensi per Nicolaum episcopum factam confirmat. Datum Laterani, quinto calendas febr., pontificatus anno XI (1254).

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 19.

Idem ordinationem episcopatuum in Livonia, Revelia et Vironia per Vilhelmum episcopum Mutinensem factam approbat. Lugduni, anno 1254.

Albertus archiepiscopus Rigensis, Henricus Curonensis, faciunt concordiam cum magistro et fratribus hospitalis S. Mariæ Teutonicorum in Livonia, ita ut ordo Teutonicus in Livonia sit sub potestate archiepiscopi et episcoporum. Datum in civitate Senonensi in vigilia B. virginis Luciæ, anno Domini 1254.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 20.

Albertus Livoniæ, Estoniæ, Prussiæ et Rigensis ecclesiarum archiepiscopus, Hermanus præpositus, et capitulum Rigense, et Euchardus præceptor Alemaniæ, summi magistri domus Teutonicæ in Livonia vicegerens, divisionem Semigalliæ sibi a papa donatæ inter se faciunt. Sillenæ et Sparnone ad capitulum Rigense, Tervehene et Dubolene ad fratres Teutonicos cum decimis et jure patronatus ecclesiæ et omni jure temporali pertineant, exceptis juribus quæ non possunt nisi per archiepiscopum, vel archidiaconum exerceri. Datum mense aprili, anno 1254.

Albertus archiepiscopus Rigensis cum Ludovico præceptore et fratribus ordinis de bonis certis concordiam init. Anno 1256.

Capitulum Rigense centum quinquaginta marcas in Semigallia ordini Cruciferorum donat pro ædificatione castri ad defensionem suam. Anno 1260.

Transumptum litterarum Alberti archiepiscopi Rigensis super donationem castri in insula Dahlen capitulo Rigensi sub nomine guardiani ordinis Minorum, ac prioris patrum prædicatorum, et provincialis Rigensis et aliorum, de recognitione magistri Conradi, quod ipse et fratres subsint jurisdictioni archiepiscopi et episcoporum. Quinto calend. aprilis, anno 1264.

Testimonium abbatis Dunamundensis prioris ordinis prædicatorum et provincialis Rigensis et aliorum de recognitione magistri Conradi, quod ipse et fratres subsint jurisdictioni archiepiscopi et episcoporum. Anno 1264.

Otto de Luttembergh magister Livoniæ spondet de non acquirendis aut vendendis per se et fratres sui ordinis fundis et possessionibus terræ capituli ecclesiæ Rigensis. Actum apud Thereydam, anno Domini 1268.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 21.

Albertus archiepiscopus Rigensis Livoniæ, Estoniæ et Prussiæ metropolitanus Sucha sive Nicolao nobili de Letonia provinciæ Halphensis baptizato, et omnem suam hæreditatem ecclesiæ tradenti, hanc ipsi in feudum confert, præsente magistro comite Zwierzyniensi. In Cœna Domini, anno 1268.

Idem differentiam inter capitulum et cives Rigenses componit ea conditione, ut se in curiam romanam non revocent, nec capitulum aliquem principem vel dominum in provinciam adducat in præjudicium civitatis Rigæ. Datum Rigæ, mense decembri, anno Domini 1268.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 21.

Joannes præpositus, et totum capitulum ecclesiæ Rigensis, castrum Dahlen magistro et fratribus pro defensione sua cum omnibus attinentiis et juribus, salvis conditionibus in aliis litteris expressis, donant. Anno 1272.

Transumptum litterarum Barvini Magnopolensis domini, et Henrici ac Nicolai filiorum ejus, quibus pro animabus suis et parentum suorum, ecclesiæ et conventui B. V. Mariæ in Riga, prædium suum Jaketowe dictum juxta castrum suum Nowe conferunt sub titulo et sigillis archiepiscopi Rigensis, Vreslai Ruianorum principis, Henrici abbatis in Dunamunde, Adami prioris prædicatorum in Riga, Vasnodi guardiani fratrum minorum. Anno 1282.

Hermanus episcopus Vermensis decimas ex prædio Jaketowe donat ecclesiæ Rigensi. Datum anno 1286.

Joannes archiepiscopus Rigensis castrum Dahlen capitulo Rigensi confert cum tenuta Tuclene dicta in territorio Effemele. Anno 1288.

Joannis de Dahlen uxor cedit de castro Dahlensi capitulo Rigensi, 7 maii, anno 1292.

Joannes de Dahlen vasallus ecclesiæ Tarbatensis Joanni archiepiscopo ecclesiæ Rigensis cedit de castro Dahlensi. Toreydæ, 7 maii 1292.

Confœderatio magistri et fratrum cum Joanne archiepiscopo et cessio fundi certi in districtu Vendensi, anno 1292.

Confœderatio magistri, et fratrum Teutonicorum cum Joanne archiepiscopo Rigensi, ac cessio bonorum quorundam archiepiscopo a fratribus, et vicissim donatio insulæ in districtu Vendensi ab archiepiscopo fratribus facta. Datum apud Kokemburg, feria quarta post Reminiscere, anno 1292.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 21.

Joannes archiepiscopus Rigensis reliquum quod in castro Dahlen habuit, capitulo Rigensi condonat. Die S. Agathæ, anno 1294.

Ericus Danorum, Slavorumque rex, dux Estoniæ, oppresso capitulo Rigensi a Cruciferis, captoque archiepiscopo, cum is ab illo auxilium postularet ac Semigalliam cum castris Nalexe et Therake jure perpetuo daret, promittit contra Cruciferos auxilium ante hiemem, ac deinceps defendere. Datum Korchinsburg, in festo sanctorum martyrum Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazari, anno Domini 1298.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 23.
Erik, król duński, od 1286 do 1321,

Instrumentum publicum litterarum Innocentii III, quibus milites Teutonicos serio monet, ut episcopo Estoniensi auxilium impendant in propaganda religione christiana, et de agris cum illo non litigent, alias minatur se eis ademptorum privilegia. Datum Laterani, 2 calendas novembris, pontificatus anno XVI.

Transumptum litterarum Gregorii IX papæ, anno ejus pontificatus undecimo datarum, quibus mandat episcopo Mutinensi legato, ne sinat neophitos qui liberi ante baptismum essent, in servitutem a fratribus S. Mariæ redigi, et curet ut iidem libere bona sua possideant. Datum Laterani, octavo idus martii, pontificatus anno XI.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 24.

Clemens papa V committit archiepiscopo Bremensi, et Alberto canonico Ravennatensi, commemoratis excessibus Cruciferorum in

Livonia, nimirum : quod archiepiscopum ceperint, septem cathedrales ecclesias everterint, septem alias usurpaverint, fratres ordinis sui in eas intruserint, prædicationem verbi Dei impedierint, regnum Polocense ad fidem conversum, in quo Colomensis et Rutheniensis ecclesiæ erant, paganis vendiderint, alium item regem paganorum a fide averterint, Lechoviensem ecclesiam cathedralem, quæ in illius regno erat deleverint, hoc modo de statu dejecerint, populum christianum Semigalliæ omnino deleverint, nobiles ejusdem terræ proditione occiderint, ultra centum millia fidelium in terras paganorum profugere compulerint, exitium civitatis Rigensis concluserint, nec queri de se passi sunt, nuntios interceperint et occiderint, Vladislai Cracoviæ ac Sandomiriæ ducis terram hostiliter ingressi, in civitate Gdansko decem millia hominum occiderint, aliaque facinora perpetraverint, jubet itaque ut ejusmodi excessus inquirant. Datum Avinione, decimo tertio calendas julii, pontificatus anno V (19 junii 1310).

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 33.
Klemens V, od 1305 do 1314.

Joannis papæ XXII mandatum ad episcopum Osiliensem et Rigensem, ac Osiliense capitulum, ut intra sex menses mittant procuratores cum pleno mandato, qui eum de rebus provinciæ Rigensis ac terrarum Livoniæ, Prussiæque informent. Pontificatus anno II (1318).

Theiner, *Vetera Monumenta Poloniæ*, t. I, fol. 133.
Jan XXII, od 1316 do 1334.

Idem mandat omnibus archiepiscopis, ut per suos nuntios cursores citent magistrum Livoniæ cum suis commendatoribus ac militibus, nec non Florentinum decanum ecclesiæ Tarbatensis, ad comparendum in curia romana intra spatium trium mensium. Datum Avinione, VII calend. martii, pontificatus anno II (1318).

Theiner, *Vetera Monumenta Poloniæ*, t. I, fol. 135.

Idem confœderationem et conjurationem capituli Rigensis cum fratribus ordinis, ac vasallis diœcesis Rigensis factam rescindit, conjuratos a juramento tali absolvit, tum qui id servabunt excummunicatos fore facto ipso edicit. Datum Avinione, die 12 calend. januarii, pontificatus anno II (1318).

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 38. Theiner, *Vetera Monumenta Poloniæ*, t. I, fol. 130.

Idem intimat capitulo Rigensi, magistro et commendatoribus, et

vasallis diœcesis Rigensis de rescissione confœderationis ipsorum factæ apud Seghevold, cum absolutione a juramento, et pœnis excommunicationis contra eos, qui eam observabunt. Datum Avinione, die 10 calend. januarii, anno 1318.

THEINER, *Vetera Monumenta Poloniæ*, t. I, fol. 132.

Franciscus de Molano mandat, ut præceptor generalis Teutonicorum in Rigensi, Livoniæ et Prussiæ provinciis, per omnes ecclesias excommunicatus pronuntietur, eo quod vocatus parere noluerit. Datum Rigæ, die 18 julii, anno 1320.

Joannes XXII mandat Padvanensi, Osiliensi ac Tarbatensi episcopis, ut magistro et ordini injungant, ut monasterium et portum Dunamunde Rigensis diœcesis ad Rigensem ecclesiam spectantia archiepiscopo Rigensi reddant. Datum Avinione, die 7 maii 1330.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 40.

Simile aliud commissionis exemplum.

Idem committit episcopo Osiliensi executionem sententiæ episcopi Tarbatensis de villa Autenensi pro capitulo Rigensi contra Paulum episcopum Curoniensem latæ, et cognitionem sententiæ suspensionis et excommunicationis ejusdem.

Eberhardus magister Livoniæ sub nomine delegatorum sedis apostolicæ citatur ad comparendum Rigæ, die 2 januarii, ad intimandum mandata apostolica executa per canonicos Osiliensis ac Tarbatensis ecclesiæ. In castro Dunamundensi, die 28 decembris, anno 1330.

EBERHARD DE MONHEIM, mistrz prowincyonalny kawalerów mieczowych, od roku 1327 do 1341.

Transumptum litterarum Joannis archiepiscopi Rigensis donationis castri in insula Dahlen capitulo Rigensi sub nomine guardiani ordinis Minorum, ac prioris ordinis Prædicatorum. Rigæ, anno 1331.

Consules civitatis Rigensis testantur Henricum Krancz censum sex marcarum redditus capitulo Rigensi inscripsisse. Rigæ, 1335.

Depositio testium quorundam de terminis ditionum Æstervæ et Sabera inter Albertum archiepiscopum et ordinem controversis, coram Henrico episcopo Curoniensi arbitratore productorum, in forma transumpti edita Rigæ, 1336.

Fridericus archiepiscopus Rigensis scribit ad Engelbertum Tarbatensem episcopum, ut juxta arbitrium Isaaci archiepiscopi Lundensis Romæ, anno 1304 latum, bona ecclesiæ suæ repetat. Datum Avinione, nonis julii, anno 1336.

Benedictus papa XII mandat episcopo Tarbatensi, ut juxta ordinationem Joannis XXII, cujus executio adhuc dilata fuit, figat terminum magistro, vel eo absente fratribus aliis, intra quem castra et possessiones archiepiscopi Rigensis reddant, et si noluerint, eos censuris ecclesiasticis compellat. Datum Avinione, 2 calend. maii, pontificatus anno II (1336).

THEINER, *Vetera Monumenta Poloniæ*, t. I, fol. 379.
BENEDYKT XII, od 1335 do 1342.

Transumptum litterarum Engelberti archiepiscopi Rigensis, quibus Joannem de Tisenhausen, ob proditum Joannem archiepiscopum et interceptum castrum Kokenhausen, infamia et crimine læsæ majestatis notatum, nunc famæ restitutum ad omnem actum legitimum, ac feuda ecclesiæ accipienda habilem pronuntiat. Datum Rigæ, anno 1343.

Uromoldus archiepiscopus Rigensis restituit capitulo Rigensi villas Ikeselle, Kolteselle, et Langelle, et hæreditatem insulæ cum castro Dahlen. Datum et actum... ipso die beatorum martyrum Joannis et Pauli, anno Domini 1348.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 46.

Idem Lamberto Gerardo et Ottoni Alempois fratribus germanis decem et septem uncos ab utraque parte Votsiennæ in feudum confert. Datum Rigæ, die 6 febr., anno 1350.

Magnus Sveciæ, Norvegiæ et Scaniæ rex, omnibus denuntiat sibi a sede apostolica Uromoldum archiepiscopum Rigensem, ac suam ecclesiam in suam protectionem commendatam esse, ac proinde ne quis eos turbare aut molestare audeat. Datum in castro Helsingborgh, die 17 septembr., anno 1351.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 47.
MAGNUS II, król szwedzki, od 1326 do 1363.

Magnus episcopus Arosiensis, a sede apostolica deputatus, denuntiat omnibus archiepiscopis et episcopis, ut magistrum Livoniæ et ordinem nolentes civitatem Rigensem tradere, pro excommunicatis denuntient ac publicent. Datum in castro Lealis Osiliensis diœcesis, die 23 octob., 1354.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 53.

Excommunicatio episcopi et capituli Revaliensis, excommunicationem publicare nolentium contra magistrum et ordinem Livoniæ. Datum in castro civitatis Derpatensis, 21 febr., anno 1355.

Venditio bonorum circa villam Traydorff fratribus de Tisenhausen per Hinconem. Castellæ, anno 1356.

Processus judiciarius inter archiepiscopum Rigensem, et magistrum Cruciferorum in curia romana agitatus, quo denique Uromoldo archiepiscopo restitutio civitatis Rigensis adjudicata per Franciscum cardinalem judicem ab Innocentio VI deputatum.

Simile exemplar suprascriptæ sententiæ.

Innocentius papa VI mandat archiepiscopo Arelatensi, nec non Arosiensi et Tarbatensi episcopis, ut sententiam Francisci cardinalis executioni mandent. Datum Avinione, die 7 aprilis, anno ut supra.

INNOCENTY VI, od 1352 do 1362.

Stephanus archiepiscopus Arelatensis, executor sententiæ Francisci cardinalis, monet Cruciferos aliosque reddendæ intra sex dies civitatis Rigensis archiepiscopo, et subexecutores constituit ad ulteriorem executionem. Datum mensis maii die 9, anno Domini 1360.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 56.

Innocentius VI committit archiepiscopo Arelatensi, nec non Arosiensi et Tarbatensi episcopis, ut magistratum et cives Rigenses a juramento magistro ordinis præstito absolvant. Datum apud Villam Novam Avinionensis diœcesis, decimo sexto calend. decembris, pontificatus anno VIII (1360).

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 60.

Magnus episcopus Arosiensis constituit executores et subexecutores Rigensis, Tarbatensis, Osiliensis, Lubecensis ecclesiarum prælatos et clericos, ad exequendum mandatum apostolicum de absolvenda civitate Rigensi a juramento fidelitatis præstito magistro et ordini Cruciferorum. Die 4 nov., anno 1360.

Uromoldus archiepiscopus Rigensis constituit procuratores ad acceptandam possessionem civitatis Rigensis nomine suo, una cum instructione. Die 18 maii, anno 1360.

Instrumenta tria per publicos notarios confecta, primum de executione sententiæ definitivæ ratione reddendæ Rigæ archiepiscopo, secundum requisitionis per Joannem præpositum Osiliensem, subexecutorem ordinis Cruciferorum de tradenda possessione Rigæ archiepiscopo, tertium notificationis civibus Rigensibus de absolutione a juramento eorum. Anno 1361.

Joannes decanus Lubecensis, subexecutor Stephani archiepiscopi Arelatensis, subjicit interdicto civitatem Rigensem, ob non admissam

possessionem archiepiscopo ejusdem civitatis. Datum in civitate Lubecensi, 26 mensis novemb., anno Domini 1361.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 71.

Aliud simile ejusdem interdicti sub eadam data exemplar.

Extractum ex registris archiepiscopalibus Rigensibus binarum litterarum continentium in se donationem in feudum Pernolgen et Azenpotrz cuidam Decleno Azegaliæ per Uromoldum archiepiscopum Rigensem factam. Datum Lubeke, anno 1362.

Hinco Tisenhausen recognoscit se accepisse mille quadringentas marcas Rigæ ab archiepiscopo Rigensi in quibus terra et castrum Lenteselle ad archiepiscopatum Rigensem spectantia, parenti ipsius erant obligata. Datum Rigæ, anno 1362.

Urbanus papa V revocat omnes provisiones, confirmationes, commissiones seu commendas quibuscunque personis ecclesiasticis, sæcularibus, regularibus, aut etiam laicis, de xenodochiis et hospitalibus factas, quæ tamen de militaribus ordinibus, aut aliis religionibus non existant, vel in illorum fundatione aliter non fuerit provisum, prædictamque revocationem reducit ad notitiam archiepiscopi Rigensis et ejus suffraganei. Datum Avinione, quinto calendas septemb., anno II pontificatus (1364).

Urban V, od 1362 do 1370.

Transumptum litterarum Alberti archiepiscopi Rigensis commutationis ordinis ecclesiæ Rigensis in ordinem Præmonstratensium, sub titulo et sigillo Joannis episcopi Tarbatensis. Datum in castro Tarbatensi, 14 die mensis januarii, anno 1364.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 73.

Magnus episcopus Arosiensis vices suas, tractatuum concordiæ causa, absolvendi magistrum et ordinem, et cassandi processum contra eosdem, archiepiscopo Arelatensi, et episcopo Tarbatensi, collegis, executioni committit. Die 26 julii, anno 1365.

Ejusdem processus excommunicationis contra magistrum et ordinem Teutonicorum in Livonia ob non redditam realiter archiepiscopo Rigam. Anno 1365.

Similes aliæ litteræ sub eadem data.

Carolus IV imperator Romanorum committit defensionem archiepiscopi et ecclesiæ Rigensis, Daniæ, Sveciæ, Norvegiæ, ac Poloniæ regibus, nec non Stetinensi, et Megapolensi ducibus, cum potestate procedendi, compescendi, et compellendi vice et auctoritate cæsa-

rea, ad beneplacitum ipsius et aliorum romanorum imperatorum. Datum Pragæ, die 23 april., anno 1366.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 75.
KAROL IV, cesarz z domu Luxemburskiego, król czeski, od 1347 do 1378.

Idem constitutionem de abrogandis statutis inferioris partis Saxoniæ contra personas ecclesiasticas, qui sacerdotem vel clericum provocaverit, proscripserit, ceperit et spoliaverit, occiderit, mutilaverit, pro infami habendum, ad provinciam Rigensem extendit in gratiam Uromoldi archiepiscopi Rigensis. Datum Pragæ, nono calend. maii, anno 1366.

Conradus episcopus Osiliensis, commissarius deputatus, excommunicato Godfredo Varendorf decano Derpatensi, ad instantiam Bartholomæi Tisenhausen, cum eodem conversari seu participare prohibet. Datum anno 1369.

Bernardus cardinalis, sedis apostolicæ commissarius, mandat episcopo Osiliensi, ut requirat magistrum et fratres ordinis de reddendis terris Zeloniæ et Olmæ cum fructibus et satisfactione archiepiscopo, et si id facere recusaverint, eos post curiam romanam citent. Datum in monte Hason, die 21 aug., anno 1370.

Joannes archiepiscopus Rigensis fert sententiam privationis vicariæ perpetuæ in ecclesia Rigensi contra Tilonem Ruffium ob non residentiam circa eandem ecclesiam. Datum Rigæ, anno 1375.

Instrumentum requisitionis magistri et ordinis in Livonia de reddendis terris Zeloniæ et Olmæ archiepiscopo ereptis, et citationis eorundem ad curiam romanam ob non redditas easdem terras. Anno 1375.

Recognitio Ludconis de acceptis centum octo marcis a præposito et capitulo Rigensi, et concessione sibi ab eis sex marcarum annui census. Anno 1376.

Joannes archiepiscopus Rigensis, ad instantiam Hermani de Ikeszkule vasalli dicti archiepiscopi et ecclesiæ Rigensis, renovat litteras episcopi Livoniensis continentes in se donationem in feudum certorum bonorum prædecessoribus dicti Hermani factam. Datum in oppido Lemsele, 20 junii, anno 1378.

Urbanus papa VI constituit conservatores et judices archiepiscopo Rigensi, episcopos Tarbatensem, Razeburgensem, Haulburgensem, ad decursum decem annorum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum nona aug., pontificatus anno II (1380).

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 79.
URBAN VI, od 1378 do 1389.

Processus judiciarius in conventu vasallorum ecclesiæ Rigensis inter Joannem archiepiscopum Rigensem, et Hennickium Pytkaner vasallum dictæ ecclesiæ Rigensis, de non petita intra legitimum tempus investitura feudi paterni, et reconciliatione ejusdem cum archiepiscopo. Rigæ, die 10 januarii, anno Domini 1385.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 80.

Joannes archiepiscopus Rigensis fundat civitatem Lenhel, et ei certas libertates et immunitates concedit. Anno 1385.

Gerardus episcopus Razeburgensis, judex et conservator ecclesiæ Rigensis a sede apostolica deputatus, subdelegat in suum locum episcopum Revaliensem atque abbates Valconensem, Tarbatensem, et Padensem, nec non præpositum et decanum Tarbatensem conjunctim et divisim. Datum in castro Schovenbergensi diœcesis Razeburgensis, die 10 aug., anno Domini 1388.

Venditio villæ Vattendorf præposito et capitulo Rigensi per Ottonem Pickener, Anno 1388.

Godischalkus Vattendorf, thesaurarius ecclesiæ Lubecensis, auctoritate sedis apostolicæ, a Gerardo episcopo Razeburgensi, principali conservatore, subconservator ad hoc specialiter deputatus, mandat exsequi definitivam sententiam contra Ottonem episcopum Curoniensem et ejus complices, pro capitulo Rigensi, de bonis circa castrum Dodanken consistentium latam. Datum in civitate Lubecensi, die 27 octob., 1388.

Angelus tituli S. Laurentii in Damasco cardinalis, judex et commissarius a sede apostolica deputatus, citat per publicum edictum magistrum et ordinem, ratione occupationis bonorum ad ecclesiam Rigensem pertinentium. Datum Romæ, die 10 januarii, anno 1390.

Bartholomæus tituli sanctæ Potentianæ cardinalis, judex executor sive commissarius a sede apostolica deputatus, fert sententiam aggravationis contra magistrum et fratres ordinis Teutonici in Livonia, quod post sententiam de reddenda Riga archiepiscopo latam, per triginta annos in excommunicatione manserint. Datum Romæ, die 10 novemb., anno 1390.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 92.

Aggravatio magistri et fratrum ordinis, quod post sententiam latam de reddenda Riga archiepiscopo, triginta annos sententiam excommunicationis sustinuerunt. Datum Romæ, die 10 decembris, anno 1390.

Voldemarus de Rozen recognoscit se mutuo accepisse centum marcas a Joanne archiepiscopo Rigensi. Anno 1390.

Joannes de Pulmen sacri palatii auditor, sententiam Hermani de Bilwelth, sacri palatii similiter auditoris, de ecclesia S. Pauli contra civitatem Rigensem pro capitulo Rigensi latam approbat, et Rigenses in expensis condemnat. Romæ, anno 1391.

Instrumentum publicum processus judiciarii in curia romana, inter capitulum et civitatem Rigensem, occasione ecclesiæ S. Pauli, ad sententiam usque definitivam Hermani de Bilwelth auditoris, et taxationem expensarum per Thomam de Walleygron similiter auditorem, qui priorum auctorum sententias approbat, et ratione expensarum florenos septuaginta auri puri et justi ponderis præposito et capitulo Rigensi solvendos decernit. Romæ, die 5 julii, anno 1391.

Petrus de Florentia sancti palatii auditor causarum, et a sede apostolica executor et commissarius specialiter deputatus, citat per publicum edictum ad curiam romanam civitatem Rigensem, quod conductionem domorum ad ecclesiam Rigensem pertinentium inhibuerint, manu armata et violenta ceperint, ad ecclesiam Rigensem accesserint, cellarium quoddam intra limites ecclesiæ violenter effregerint, et res, quæ ibi conservabantur, receperint, quemdam religiosum clericum inter septa ecclesiæ et monasterii ceperint et captivum abduxerint, a duabus portis ecclesiæ claves receperint, et alias violentias intulerint. Rómæ, die 8 aug., anno 1391.

Commissio Bonifacii papæ IX de executione sententiarum contra communitatem Rigensem latarum, ratione occupationis templi S. Pauli in cæmeterio ecclesiæ cathedralis.

Bonifacy IX, od 1389 do 1394.

Bonifacius IX innovat litteras Alexandri IV papæ, quibus possessiones archiepiscopi Rigensis confirmat. Pontificatus anno I.

Bonifacius IX prohibet vasallis ecclesiæ Rigensis, alienationem feudorum extra dominium ecclesiæ Rigensis, sub censuris ecclesiasticis, a quibus absolutionem sibi et sedi apostolicæ reservat. Datum Romæ, apud S. Petrum, sexto idus maii, pontificatus anno II (1391).

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 103.

Silvester electus episcopus Tunensis, et auditor sacri palatii, ex commissione Bonifacii IX approbat sententiam Joannis de Dulman contra cives Rigenses de ecclesia S. Pauli, pro ecclesia Rigensi

latam, et eosdem in expensis condemnat. Datum Romæ, die 5 julii, anno 1391.

Augustinus episcopus Perusinus, commissarius et executor sententiarum definitarum contra cives Rigenses latarum, a sede apostolica deputatus, mandat iisdem civibus quatenus intra triginta dies post præsentium insinuationem ab occupatione et detentione ecclesiæ S. Pauli desistant, capitulumque Rigense ad pacificam possessionem ejusdem admittant, in quantum autem suis mandatis non paruerint, eosdem excommunicat. Romæ, die 28 novemb., anno 1391.

Joannes archiepiscopus Rigensis constituit procuratorem, ad persequendas injurias in curia romana a Cruciferis sibi et ecclesiæ suæ illatas, magistrum Hermanum Keizer canonicum Rigensem. Datum Lubecæ, die 21 aprilis, anno 1392.

Venceslaus Romanorum rex hortatur capitulum Rigense, ut exemplo archiepiscopi sui de controversiis inter ipsos et magistrum ac fratres ordinis Teutonici per Livoniam intercedentibus, in eum compromittant, et interea in præjudicium magistri et fratrum ejus, in curia romana vel alibi nihil attentare præsumant. Datum Pragæ, die 2 maii, anno 1392.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 107.

Wacław, z domu Luxemburskiego cesarz i król czeski od roku 1378, złożony z cesarstwa roku 1400, umarł 1418.

Franciscus tituli S. Suzannæ cardinalis, judex et commissarius a sede apostolica deputatus, citat ad curiam romanam per publicum edictum Hermanum de Ixkul, vasallum archiepiscopatus Rigensis, quod castrum Ixkul, quod jure feudi ab archiepiscopatu obtinebat, magistro et ordini tradiderit, citat similiter ipsum magistrum et ordinem, pro eo quod prænominatum castrum detineant. Datum Romæ, die 27 junii, anno 1392.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 104.

Testamentum Simonis Taitæ, quo certas summas pecuniæ filiæ suæ quibusdam ecclesiasticis legat. Anno 1392.

Venceslaus Romanorum et Bohemiæ rex, Joannem archiepiscopum Rigensem et imperii principem, ac ecclesiam suam cum omni clero et possessionibus suis suscipit in suam protectionem, ejusque jura atque privilegia ab antecessoribus suis concessa confirmat. Datum in Medino ultima januarii, anno 1393.

Transumptum earundem litterarum sub instrumento notarii publici sub eodem anno 1393. Datum in collegio Pragnesi, 9 aprilis.

Venceslaus Romanorum rex, asserens jurisdictionem temporalium bonorum ecclesiæ Rigensis ad se tanquam Romanorum regem pertinere, committit Svantiborio duci Stetinensi, ut Ottonem filium suum natu majorem circa electionem in archiepiscopatum Rigensem conservet et in possessionem bonorum ejusdem inducat. Datum Pragæ, die 9 novemb., anno 1394.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 108.

Testamentum Voldemari de Rozen, quo inter alia centum quadraginta marcarum legat capellæ sanctissimæ Trinitatis in ecclesia Rigensi. Anno 1395.

Venceslaus Romanorum rex committit Svantiborio duci Stetinensi, ut Theodoricum episcopum ecclesiæ Tarbatensis ad sancti imperii protectionem specialiter pertinentem, a quibuscunque personis, præsertim vero ordinis Teutonici, auxilio aliorum principum christianorum invocato, defendat et tueatur. Datum Pragæ, feria tertia proxima post diem Palmarum, anno 1396.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 109.

Concordia inter Valenrode archiepiscopum Rigensem, ac Theodoricum episcopum Tarbatensem, et ecclesiæ Rigensis ac Tarbatensis vasallos, confecta per Henricum episcopum Varmiensem. Anno 1397.

HENRYK SORBOHM, biskup warmiński, od 1372 do 1401.

Engelko Hinek, Joannes Bergel, et nonnulli alii vasalli archiepiscopatus Rigensis, promittunt se rata ea omnia habituros, quæ Gedani per convasallos suos cum Joanne archiepiscopo Rigensi constituentur.

Henricus Urle recognoscit se mutuo accepisse a Joanne archiepiscopo Rigensi viginti sex marcas Rigenses. Anno 1397.

Transumptum sub publico notarii instrumento litterarum Friderici ecclesiæ Rigensis archiepiscopi, quibus continetur concordia inter magistrum et ordinem ab una, et cives Rigenses ab altera partibus, per Isaacum archiepiscopum Lundensem, primatem Sveciæ, tanquam arbitratorem seu amicabilem compositorem, conditionibus in eodem privilegio specificatis confecta. Datum in Lubeca, 12 maii, anno 1399.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. V, fol. 109.

Franciscus archiepiscopus Narbonensis, camerarius apostolicus,

Joannem archiepiscopum Rigensem de trecentis florenis debitis quietat. Anno 1418.

Idem eundem quietat de viginti quinque florenis officialibus cameræ debitis. Anno 1420.

Similis alia quietatio ejusdem, anno 1420.

Capitulum Rigense constituit procuratorem Arnoldum de Bring, ecclesiæ ejusdem canonicum in causa contra episcopum Curoniensem, et alios occupatores certorum bonorum ad capitulum Rigense pertinentium, finaliter terminando. Datum Rigæ, die 20 aprilis, anno Domini 1422.

Martinus papa V litteras Bonifacii IX prædecessoris sui, quibus ecclesiam Rigensem ordini Teutonico attribuebat, eousque suspendit, quoad de præmissis aliter fuerit per sedem apostolicam ordinatum. Datum Romæ, idibus januarii, anno 1422.

Marcin V, od 1417 do 1431.

Transumptum litterarum Innocentii VI sub sigillo officialis Lubecensis et signo notarii publici, quibus idem pontifex absolvit cives Rigenses a juramento Cruciferis præstito. [Litteræ Innocenti VI datæ apud villam novam Avinionensis diœcesis, anno 1360.]

Processus inter capitulum Rigense et episcopum Curonensem de bonis capitulo ereptis, per Joannem Bernode decanum Lubecensem, et Joannem Lawentko archidiaconum Dumnensem, in ecclesia Caminensi compulsores, a Capo de Laturæ auditore palatii et deputato apostolico constitutos. Anno 1423.

Simile exemplar ejusdem processus per omnia.

Acta productorum in prædicta causa inter eosdem suprafatos, cum publicatione eorundem per eundem Bernode compulsorem, a Capo de Laturæ auditore constitutos. Die 17 maii, anno 1424.

Martinus V archiepiscopo Arelatensi, et episcopis Arosiensi et Tarbatensi mandat, ut sententiam Francisci olim tituli S. Marci cardinalis sub Innocentio VI papa latam, qua civitatem Rigensem ad episcopatum Rigensem semper pertinuisse, et magistrum ac ordinem a possessione ejusdem amovendos esse decrevit, solemniter publicent, et ad plenariam executionem deducant, civesque Rigenses a juramento ordini præstito absolvant. Datum Romæ, apud SS. apostolos quarto idus maii, pontificatus anno VIII (1425).

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 115.

Simile aliud commissionis ejusdem exemplum.

Processus executionis bullarum Innocentii VI absolutionis civita-

tis Rigensis a juramento præstito ordini, et a dominio civium Rigensium, per Olaum episcopum Arosiensem factus, anno 1425.

Simile aliud exemplar ejusdem processus sub eadem data.

Tertium exemplar simile ejusdem processus.

Petrus episcopus Electensis ex commissione apostolica inhibet ne fratres ordinis Teutonici de postulatione canonicorum ecclesiæ Rigensis, et approbatione a visitatione se intromittant, aut statum ejusdem ecclesiæ juxta regulas S. Augustini impediant, vel declaratione apostolica de transitu a professione fratrum B. V. M. hospitalis ad regulam S. Augustini contraveniant. Datum Romæ, 23 decembris, anno 1426.

Vilhelmus archiepiscopus Rigensis, marchio Brandeburgensis, olim Joannis Lissdon derelictæ viduæ et liberis ad paupertatem redactis, prorogat possessionem certorum bonorum. Datum Regiomonti, die 5 januarii, anno 1426.

Actum coram Joanne episcopo Lubecensi, compulsore, et Regimundo cardinali, castrensi judice et commissario deputato, de extraditione, extractione et exemplatione manuum notariorum jurium, et munimentorum in controversia inter capitulum Rigense, et Joannem episcopum Curoniensem de bonis et redditibus capitulo Rigensi ablatis. Anno Domini 1427.

Quietatio capituli Rigensis de sexaginta florenis auri de camera per Antonium de Spinetis. Datum Romæ, die 21 octobris, anno 1429.

Quietatio capituli Rigensis de sexaginta florenis auri de camera per Antonium de Pissia. Datum 2 calend. aug., anno 1430.

Tansumptum aliquot bullarum ad bona ecclesiæ Rigensis pertinentium sub nomine Ludovici de Jassii canonici Bononiensis. Datum Romæ, in ecclesia S. Mariæ Rotundæ, die 15 martii, anno 1430.

Instrumentum protestationis Theodorici episcopi Tarbatensis, quod si quid dixerit, aut fecerit contra ordinationem pontificis de restitutione regulæ S. Augustini in ecclesia Rigensi, id non faciet sponte, sed metus causa. Datum in oppido Voldemer diœcesis Rigensis, die 14 octobris, anno 1430.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 132.

Depositiones testium pro parte episcopi Curoniensis coram Arnaldo Dottelei præposito Varmiensi, judice commissario ad expediendam commissionem subdelegato, in causa controversa cum capitulo Rigensi de terris et possessionibus. Anno 1431.

Transumptum confirmationis per Eugenium IV papam concordiæ inter Henricum archiepiscopum Rigensem et Ciszonem magistrum

ac fratres domus hospitalis in Livonia factæ, de observandis in posterum prærogativis, et professione fratrum eorundem in ecclesia Rigensi juxta litteras Bonifacii IX papæ. Anno 1433.

Eugeniusz IV, od 1431 do 1447. Zische de Ruttemberg, mistrz kawalerów mieczowych, od 1428 do 1437.

Transumptum litterarum Alberti episcopi Livoniæ, immutationis et divisionis bonorum inter eumdem et fratres militiæ Christi, anno 1213, quod est sub numero 5, editum sub nomine et sigillo Joannis episcopi Lubecensis. Datum in curia Lubecensi, die 13 maii, anno 1433.

Concilium Basiliense constituit conservatores ecclesiæ Rigensis episcopum Razeburgensem, ac præpositos Derpatensis et Holderbensis ecclesiarum, ad omnes causas et injurias. Datum Basileæ, anno Domini 1434.

Instrumentum quo continetur querela ex parte Heningi archiepiscopi et capituli Rigensis contra magistrum et ordinem, quod ordinem S. Augustini ex ecclesia Rigensi dimovere, et eam ordini suo incorporare vi molientur, coram deputatis concilii Basiliensis deposita. Anno 1434.

Concilium Basiliense citat magistrum Livoniæ, præfixo nonaginta dierum termino, ad respondendum super querelis archiepiscopi et capituli Rigensis. Datum Basileæ, die 19 martii, anno 1434.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 133.

Idem prohibet magistro et ordini ne lite pendente Heningo archiepiscopo Rigensi et capitulo vim inferant sub censuris ecclesiasticis. Datum anno 1434.

Supplicatio Theodorici Nagiel, canonici Rigensis, nomine archiepiscopi et capituli concilio Basiliensi porrecta, qua queritur ordinem S. Augustini, qui in ecclesia Rigensi viguit, vi per magistrum extinctum esse, ac ordinem Cruciferorum introductum, bona ecclesiæ allata, petitque se et capitulum suum in integrum restitui. Anno 1434.

Concilium Basiliense committit archiepiscopo, et præposito Derpatensi, ut simpliciter se informent an archiepiscopus et capitulum Rigense, post decretum Bonifacii IX papæ de mutando statu ecclesiæ Rigensis, ejusmodi processuum justam ignorantiam habuerit, ac propter subactionis et subjectionis gravamina prosequi litem non potuerit, et si ita rem se habere cognoverint, ut præscriptionis locum habere non declarent. Basileæ, anno 1435.

Simile aliud commissionis rescriptum.

Idem deputat executores pro ecclesia et clero Rigensi ad publicandas constitutiones concilii Lateranensis et aliorum, ac Friderici II et Caroli IV imperatorum leges de libertatibus ecclesiasticis sancitas, pœnasque in eis positas. Datum Basileæ, 2 nonas novemb., anno 1434.

Concilium Basiliense commendat ecclesiam Rigensem protectioni regis Poloniæ. Datum Basileæ, 29 martii, anno 1435.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 134.

Na mocy tego poddania przez koncylium bazylejskie arcybiskupów ryzkich pod opiekę królów polskich, w sto lat blizko Zygmunt I ujmował się za jednym z nich w zatardze z kawalerami mieczowymi. Póżniej, kiedy mistrz Furstemberg uwięził Wilhelma, arcybiskupa ryzkiego, Zygmunt August tknięty niedolą swego brata wujecznego, a prócz związków pokrewieństwa mając z powyższego poruczenia prawo do wdania się w tę sprawę, przybył mu z wojskiem na pomoc, i z więzów go uwolnił. Wkrótce potem zakon najechany przez Moskwę rozwiązał się, uznał za pana króla polskiego, za czem poszło połączenie się Inflant z Polską roku 1561.

Idem committit Joanni episcopo Lubecensi, ut in publicam formam redigat privilegia ecclesiæ Rigensis. Datum Basileæ, anno 1435.

Idem committit episcopo Derpatensi, ut de bonis quæ archiepiscopus Rigensis vellet permutare, vel in emphiteusim dare, sive infeudare, informationem accipiat, et si fore commodum cognoverit fieri, permittit. Datum Basileæ, nonis octob., anno 1435.

Instrumentum publicum appellationis Henrici Lechingel mareschalci ordinis Teutonicorum per Livoniam, a commissione episcopi Derpatensis per concilium Basiliense data, nec non ab omnibus processibus per eum factis et faciendis.

Concordia inter Heningum archiepiscopum et capitulum Rigense, et Henricum Lechingel magistrum et fratres hospitales per Livoniam. Datum die S. Barbaræ, anno ut supra.

Concilium Basiliense confirmat concordiam inter Heningum archiepiscopum et capitulum Rigense ac episcopum Curoniensem, et Henrcum Lechingel magistrum et fratres hospitales per Livoniam, litesque omnes præterquam de dominio civitatis Rigensis mortificat. Anno Domini 1436.

Simile aliud rescriptum.

Simile idem rescriptum.

Instrumentum publicum continens actum celebratæ synodi provincialis Livoniæ, anno 1437.

Joannis Gervin præpositi Radomiensis in concilio Basiliensi commissarii, in locum absentis episcopi Varmiensis deputati, declaratio,

quod præscriptio locum non habeat in controversia inter archiepiscopum Rigensem et ordinem, de bonis occupatis. Die 10 junii, anno Domini 1438.

Concilium Basiliense confirmat cessionem et vinditionem castri Suntecel capituli Rigensis per Heningum archiepiscopum Rigensem. Basileæ, anno et die ut supra.

Transumptum concordiæ inter archiepiscopum Rigensem et capitulum ab una, et magistrum præceptoremque ordinis ab altera partibus constitutæ. Anno Domini 1488.

Ericus Sveciæ rex init concordiam cum Christophoro duce Megapolensi et administratore episcopatus Rigensis, eidem dat in matrimonium sororem suam. Anno Domini 1562.

Erik XIV, syn Gustawa Wazy, król szwedzki od 1560 do 1568. Krzysztof, xiążę meklemburski, koadjutor arcybiskupa ryzkiego, podniósł broń przeciw Polsce w wojnie z Szwecyą o Inflanty, przez Ernesta Weihera w niewolą wzięty i do Wilna odesłany, zkąd za zabicie Wąsowicza, dworzanina królewskiego, na ściślejsze więzienie do Rawy przeniesiony, dopiero na sejmie unii w Lublinie 1569 przysiągłszy wierność królowi, wolność odzyskał.

Raimpertus Vilhelmus Bayder, doctor juris, majestatis regiæ consiliarius provinciæ, duas partes terræ sub arce Koppenken jacentes pro ducentis sexaginta et duobus florenis vendit Joanni Mottern. Anno 1577.

Proconsul, consules, omnes cives Rigenses agnoscunt se, juxta formulam a regiis legatis et commissariis præscriptam, jurasse fidelitatem Stephano regi et regno Poloniæ, inseriturque hæc formula in litteris germanica lingua. Datum Rigæ, die 7 aprilis, anno 1.81.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 306.

Manifestatio illustrissimi et reverendissimi Nicolai Prażmowski, supremi cancellarii regni Poloniæ, circa conclusionem articuli pacis cum Svecis de Livonia, ratione ecclesiarum romanæ catholicæ religionis, ibidem bonorumque ad ecclesias easdem pertinentium avulsionis et alienationis. Die 4 aprilis, anno 1660.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. V, fol. 439.

Mikołaj Prażmowski, wielki kanclerz koronny, biskup łucki, potem arcybiskup gnieźnieński, zmarły 1673.

LITTERÆ MOSCHOVITICÆ.

Confirmatio pactorum Polanorum inter czarum Moschoviæ Michailonem Fedorowicz, et Vladislaum IV Poloniæ regem et electum Moschoviæ czarum, per magnos legatos, magnum boiarinum Fedorem Szeremetiew kniaź et namiestnik Suzdalski et alios a parte czari omniumque boiarinorum et consiliariorum ac incolarum Moschoviæ, a parte vero regis et regni Poloniæ per Jacobum Zadzik episcopum Culmensem, cancellarium regni, Christophorum Radziwiłł ducem in Birże et Dubinki, palatinum Vilnensem, campiductorem magni ducatus Litvaniæ, Martinum Kazanowski palatinum Podoliensem, campiductorem regni, Alexandrum Corvinum Gąsiewski palatinum Smolenscensem, notarium campestrem magni ducatus Litvaniæ, et alios in litteris pactorum expressos commissarios initorum, quorum conditiones præcipuæ hæ sunt. Pacta ab anno 1619 ad annum 1633 et sex menses inviolabiliter ab utrinque teneantur in bona amicitia, amore, cum perpetua anteactorum bellorum oblivione, omnisque vindictæ abolitione. Vladislaus rex quoniam nominationem et titulum czari Moschoviæ bono communi christianitatis non acceptat, neque eo titulo nominari et scribi vult, ideo litteras eo nomine a boiaris, kniazis et populis moschoviticis sibi per manus Żołkiewski ducis datas moderno czaro reddet, et titulis, quoniam hæc electio per distractiones boiarinorum Moschoviticorum ad effectum plenum non devenit, resignabit in perpetuum. Hic describuntur tituli, qui deinceps czaris Moschoviæ, et regibus Poloniæ scribi debent. Finitis et juramento per legatos confirmatis hisce pactis, in quatuor septimanis id est 14 julii in potestatem regis et regni castra cum omnibus suis civitatibus, oppidis, villis, attinentiis, adjacentiis, limitibus hæc cedent perpetuo : castrum Smolensko, Wieliż, Biała, Drogobuż, Roslawl, Mitrensko Myzrowskie, Czernichow, Starodub, Popowa Góra, Nowogrodek Siewierski, Poczep, Trubczewsk, Newel, Siebież, Krasne, excepto castro Siepisko, munitiones omnes, armamentaria, etc., reddantur a Moschis in integro prouti rapta erant, desiderandaque suppleantur. Sacerdotes ritus græci libere dimittantur cum suis facultatibus et rebus ecclesiasticis, exceptis quæ penes ecclesias seu cerkwie debent manere. Captivi ab utrinque dimittantur, et liberum sit eis quo velint discedere. Ad incolas præ-

fatorum castrorum czar mittet litteras denuntiatorias non sibi sed regi et regno Poloniæ ut præstent obedientiam. Pecuniæ stipendiariæ et hibernalis dictorum castrorum præsidiariis missæ czaro libera sit repetitio, datis ab utrinque litteris cavebitur ne Polonici et Litvanici milites prædari audeant. Tormenta et apparatus bellicos quos Moschus in his castris habuit, et non potest secum pro nunc avehere, sub regestro subscripto regiis præfectis tradet, liberiori postea tempore repetenda, hominibus præcipue mercatoribus in utraque dominia liber sit mutuo passus. Czar Moschoviticus assecurat nullum dominium ad sæpe dicta castra in perpetuum prætensurum, rex quoque amplius bellandi terras Moschoviæ nullas quæret prætensiones. Ad dislimitandos fines mittentur tres deputati mutui cum finitimis woiewodis, exposcente necessitate, quibus deputatis non major numerus quam quadraginta hominum assistet. Hic loca congressus deputatorum describuntur. Homines infirmi pro nunc abire non valentes non detinebuntur ut captivi w carstwie, w horodzie. Datum in ripa fluminis Polanowka penes Wiazma, 15 junii 1634, confirmatum Varsaviæ, 3 maii 1635.

Du Mont, *Corps diplomatique*, t. I, fol. 235.

Michał Fedorowicz, car moskiewski, od 1613 do 1645. Jakub Zadzik, wielki kanclerz koronny, biskup chełmiński, umarł biskupem krakowskim roku 1642. Krzysztof Radziwiłł, wojewoda wileński, hetman wielki litewski, zmarły 1640. Marcin Kazanowski, wojewoda podolski, hetman polny koronny, zmarły 1636. Alexander Gąsiewski, woiewoda smoleński, zmarły 1641.

LITTERÆ TRANSILVANIÆ.

Copia pactorum cum Rakocio principe Transilvaniæ per Stanislaum a Potok Potocki, palatinum Kiioviæ, supremum exercituum regni generalem, et Georgium comitem in Wisnicz et Jarosław Lubomirski, supremum marschalcum et campiductorem regni conclusorum his conditionibus : offensam regiam majestatem princeps Transilvaniæ solemni reconciliatione reconciliabit, omnibus fœderibus, societatibus regi et regno inimicis et perniciosis abrenuntiabit, contra colligatos regis et regni nihil adversi molietur, exposcente necessitate belli reciprocatio auxilii erit, neutri tamen parti modernorum fœderatorum ducis auxilia porrigentur. Ducis, Vesiri, proce-

rumque Crimensium, uti regis et regni colligatorum, condigna convenientique legatione sua pro genio suo et generosa humanitate princeps remissiorem ex mutua injuria relaxabit animum. Præsidia Cracoviæ et Brestiæ collocata revocabit, educetque sine omni incolarum, civitatum et villarum injuria ac damno, quæ præsidia salvo conductu regio ad fines Transilvaniæ secure cum signis, armis et supellectili deducentur. Præsidium vero sveticum, quoniam ad requisitionem principis concessum est Cracoviæ, una cum generali Virtz abscedere debebit, salvo conductu regio ad confinium per ipsos eligendum. Proditores patriæ tempore belli sibi, non ante bellum assistentes, princeps relegabit, liberum tamen erit iisdem clementiam regis deprecari, quibus remittere de culpa si nolit, relegari confestim a principe debent. Ratione damnorum per hoc bellum illatorum princeps recompensam faciet saltem summam unius millionis et ducentorum millium florenorum pro stipendiis militum regni ex ærario suo erogaturus. Captivi ab utrinque libere dimittentur. Tempus reditus principi in Transilvaniam cum applicatione certi numeri militum Polonorum ex sententia dominorum generalium exercituum regni determinabitur. Ratificationem pactorum a rege et ordinibus regni princeps per legatum suum obtinere debebit. Pacta hæc princeps et generales præfati subscribent, firmabunt juramento in signum amicitiæ perpetuo duraturæ. Datum in castris versus Czarny Ostrow, die 22 julii, anno 1657.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 529.

JERZY LUBOMIRSKI, marszałek wielki koronny, hetman polny koronny, umarł na wygnaniu we Wrocławiu 1667. JERZY RAKOCZY, xiążę siedmiogrodzki, od 1648 do 1660. STANISŁAW POTOCKI, wojewoda kijowski, hetman wielki koronny, zmarły 1667.

LITTERÆ MOLDAVIÆ, VALACHIÆ ET BESSARABIÆ.

Litteræ quibus continetur Petri palatini Moldaviæ cum gente sua subjectio, et fidelitatis homagium Vladislao regi, reginæ et successoribus eorum, regnoque Poloniæ præstitum, juramentumque ejus corporale, quod secundum consuetudinem orientalis Ecclesiæ, signum vitæ in manibus Cypriani metropolitæ Kiioviensis ore proprio

osculatus præstitit. Datum Lemburgi, die Translationis S. Stanislai, anno 1387.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 597.
PIOTR, wojewoda mołdawski w latach 1372, 1382, 1386, 1387, 1388.

Consiliarii ejusdem Petri palatini Moldaviæ homagium eidem Vladislao regi, et Hedvigi reginæ præstitum confirmant, seque et gentem suam regi et regno Poloniæ fideles subditos fore pollicentur, et jurant ritu orientalis Ecclesiæ signum vitæ in manibus Cypriani metropolitæ Kiioviensis exosculati. Datum Lemburgi, die Translationis S. Stanislai, anno 1387.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 597.

Litteræ ejusdem quibus significat Warszewski nuntio regis tria millia rublorum argenti a se data esse. Anno Domini 1388.

Mainus et Romanus Hericki comites Miricii woiewodæ Transalpini, et Dugoyus Petri woiewodæ Moldaviensis marschalcus, oratores, fœdus nomine Miricii cum Vladislao rege Poloniæ, et societatem belli contra regem Hungariæ sanciunt. Datum in Radom, feria sexta post diem Conceptionis B. M. V., anno 1389.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 597.
MIRTZA BASSARABA, wojewoda wołowski od 1382, ślubował wierność jeszcze 1403, chociaż umową w Nikopolis 1393 zawartą poddał się Turkom.

Miricius woiewoda Transalpinus, Tfogoras, et Omlas dux Severini, comes terrarum Dobrodicii despotus, promittit Vladislao regi Poloniæ se præsto futurum contra hostilem incursum regis Hungariæ, rex quoque eundem contra illum juvare debebit. Datum in Lublin, in vigilia S. Agnetis virginis, anno Domini 1390.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 598.

Fœdus inter eosdem sancitum. Datum in Soczow, in festo S. Gertrudis virginis, anno 1390.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 598.

Juramentum fidelitatis Vladislao regi, Hedvigi reginæ, regnoque Poloniæ a Romano palatino Moldaviæ, ejusque consiliariis præstitum. Anno 1393.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 599.
ROMAN, syn Piotra, wojewoda mołdawski w latach 1388, 1393, 1405.

Valachi nobiles pollicentur Stephanum palatinum ad Vladislaum

regem cum consiliariis suis venturum, homagiumque eidem regi præstiturum pollicentur, et quí non venerint, ejusmodi juramentum coram legatis regis præstare debebunt. Sniatynum, Colomiam et Pokucie non reposcunt, de castro vero Kieszyn et Chmielow posteaquam ad regem venerit palatinus, secundum voluntatem regiam componet. Anno 1395.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 599.
STEFAN, wojewoda mołdawski, 1391, 1395.

Homagium cum juramento fidelitatis Vladislao regi Poloniæ a Stephano palatino Moldaviensi præstitum. Anno 1395.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 599.

Vlad woiewoda Bessarabiæ, nec non comes de Severino, Vladislao regi Poloniæ præstat homagium nomine ditionum suarum, easque a rege præfato tanquam regni Hungariæ hærede se accepisse agnoscit, et contra omnes hostes se præsto fore promittit. Datum in oppido Argisch, ipso die Trinitatis, anno Domini 1396.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 623.
WŁADUŚ, wojewoda mołdawski, 1396.

Litteræ quibus Iwaszko, Petri palatini Moldaviæ filius, promittit regi Vladislao, Vitoldo duci, et regno Poloniæ fidelitatem, si dominatum paternum recuperaverit; promittit, condonatque regi et regno terram Sepinensem secundum suos antiquos limites, insuper remittit pecuniam, quam pater ejus regi mutuo dederat. Anno Domini 1400.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 600.
CZACKI, *o litewskich i polskich prawach*, t. I, str. 99, położył na tym dokumencie datę 1401.

Costa Valachus nobilis promittit fidelitatem Vladislao regi et regno Poloniæ, et si forte palatinus ejus regi rebellare vellet, se non velle assistere ei. Anno 1402.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 600.

Alexander palatinus Moldaviæ de consensu consiliariorum suorum promittit fidelitatem Vladislao regi et regno Poloniæ, ita ut non alium velit quærere et recognoscere dominum. Datum in Soczawa, 12 martii, anno 1402.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 600.
ALEXANDER, syn Piotra, wojewoda mołdawski od 1402, umarł 1433. Paprocki w księdze *Ogród królewski* mylnie ten hołd pod rokiem 1403 mieści.

Joannes Albi palatinus Bessarabiæ promittit fidelitatem Vladislao regi Poloniæ ex formula prioris suæ obligationis præstandam. Anno 1403.

Homagium Vladislao regi, reginæ et filiis eorum, regnoque Poloniæ ab Alexandro palatino Moldaviæ præstitum. Anno 1404.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 600.

Musilo et Bartosz Buczaccy promittunt Michaeli cancellario Valachiæ, si necesse fuerit, Sniatynii usum quorundam fructuum. Anno 1404.

Alexander palatinus Moldaviæ cum consiliariis suis, quorum nomina sunt inscripta et sigilla appensa, Vladislao regi et regno Poloniæ confirmat fidelitatem suam juramento, quæ Cameneciæ fuerat præstita. Datum Leopoli, die 13 octobr., anno 1407.

DOGIEL, *Codex diplomaticus*, t. I, fol. 600.

Litteræ recognitionis Vladislai regis, quod mille rublos argenti ab Alexandro palatino Moldaviæ mutuo acceperit, cum promissione intra biennium solutionis, interim autem Sniatyn, Kołomyja et Pokucie pignoris loco palatinus tenebit; quod si argentum tale rex solvendo non habuerit, litvanica moneta aut argento rudi solvet. Anno Domini 1411.

Ten dokument w oryginale watykańskim mylnie z datą 1400 położony, bo tego roku Alexander nie był jeszcze wojewodą, tuśmy przenieśli i datę 1411 położyli, opierając się na powadze Czackiego, który w dziele: *o litewskich i polskich prawach*, t. I, str. 204 powiada, że Alexander Kołomyję i Pokucie w zastawie trzymał na mocy umowy 1411 roku.

Litteræ homagii Vladislao regi Poloniæ ab Alexandro palatino et proceribus Valachiæ præstiti, iisdem societas contra omnes hostes, nominatim vero contra regem Hungariæ initur. Anno 1419.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 600.

Alexander palatinus et hæres terræ Moldaviensis et Elias palatinus dicti Alexandri filius, cum proceribus (quorum nomina describuntur et sigilla appensa litteris), Ringalæ sorori regis Vladislai et Vitoldi ducis Litvaniæ, uxori suæ, obligat ad vitæ ejus tempora oppida Sereth et Rotkowiec cum omnibus attinentiis et pertinentiis atque proventibus, ac insuper obligat se eidem uxori quotannis binis ratis sexcentos hungaricales exsoluturum, et in casu non exsolutionis pœnam regi altero tanto soluturum, quam summam conjunctam duodecim centum ducatus si non persolvet, liberum regi erit merca-

tores cum omnibus mercimoniis in regno suo arestare usque ad exsolutionem summæ. Datum die S. Luciæ virginis, anno 6929 (1421).

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 600.

Pomimo tyle razy ponowionej przysięgi wierności, ten sam Alexander, wojewoda mołdawski, namówiony od strąconego z wielkiego xięstwa Swidrygiełły, wpadł roku 1432 na Ruś i Podole, gdy z innej strony krzyżaczy i kawalerowie mieczowi, także przez niego sprowadzeni, Polskę i Litwę burzyli. U Czackiego dobra nadane Ringale nazwane Szerest i Wołochowiec.

Vladislaus rex Poloniæ dat veniam Alexandro, palatino Moldaviæ et filio ejus Stephano, ratione rupti fœderi et damnorum, 1433.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 601.

Litteræ quibus continetur homagium Vladislao regi, filiis ejus, et regno Poloniæ, ab Elia palatino Moldaviæ præstitum. Die 3 junii, anno 1433.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol, 601.

Eliasz, syn Alexandra, wojewoda mołdawski od 1433. Wkrótce wygnany od brata rodzonego Stefana, który zaraz złożył hołd Polsce, przybiegł do króla Władysława Jagiełły, który go uprzejmie przyjąwszy, dochód mu na utrzymanie wyznaczył; a gdy chciał wracać, żeby brata wytrącić, złapany i w Sieradzu pod strażą osadzony, chociaż miał za sobą siostrę Zofii królowej. Powraca i składa hołd w latach 1435, 1441 i 1443.

Homagium Vladislao regi et successoribus ejus, regnoque Poloniæ a Stephano palatino Moldaviæ Colomiæ præstitum. Anno 6941 (1433).

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 601.

Stefan, drugi syn Alexandra, wojewoda mołdawski, od 1433 do 1447.

Donatio quatuor villarum sub titulo Alexandri palatini, 6941 (1433).

Alexander palatinus Moldaviæ duas villas donat Drohowski. Anno 6941 (1433).

Consiliarii regni Poloniæ approbant pacta inter Vladislaum regem, filios ejus et successores, et regnum Poloniæ ab una, et Stephanum palatinum Moldaviæ et successores suos ab altera parte, per Michaelem Buczacki castellanum et capitaneum Haliciensem facta, et homagium ab eodem palatino regi præstitum, ratum habent, iisdem litteris dantur oblivioni omnes injuriæ secundum pacta Alexandri. Anno 1433.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 601.

Vladislaus rex confirmat palatinatum Moldaviæ Stephano, et promittit ei defensionem. Czerun et Chmielow, castra et territoria inter

Sniatyn et Sepin sita, et limites suos habentia a fluvio Połoczyn usque ad magnum fluvium Dniestr secundum descriptionem in eisdem litteris limitum, donat dicto palatino et posteris ejus jure perpetuo. Datum Lanciciæ, die S. Luciæ, anno 1433.

Stephanus palatinus Moldaviæ homagia antecessorum suorum regibus et regno Poloniæ facta confirmat, et testatur juramentum fidelitatis Vladislao regi et filiis ejus coram nuntio ejus Michaele Buczacki capitaneo Haliciensi se præstitisse, promittit se personaliter venturum ad regem, vel præfectos ejus in Russiam, ubi denuo vocatus fuerit juratus. Anno 6942 (1434).

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 601.
MICHAŁ BUCZACKI, kasztelan i starosta halicki, zginął od Tatarów 1438.

Ejusdem Stephani litteræ super villam Baczynin, 6942 (1434).

Idem veniam dat fratri suo majori Eliæ. Item litteras quas regi se restituturum promiserat amissas cassat, fidemque pollicetur. Datum Belgradi, anno 6943 (1435).

Elias palatinus Moldaviæ donat duas villas in districtu Chocimensi Stanislao Babicz, anno 6943 (1435).

Ejusdem litteræ quibus fatetur se concordiam iniise cum Stephano fratre, Kiliamque et alia bona ei contulisse, promittens cum eo pariter fidelitatem Vladislao regi Poloniæ. Anno 1435.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 601.
Eliasz korzystając z ciemnej nocy wymknął się z zamku sieradzkiego, gdzie był staroście Piotrowi Szafrańcowi pod straż oddany, wpadł do Multan i zaczął z bratem Stefanem wojować. Pogodził ich przez posły król Władysław III : Stefanowi dostała się dalsza Wołoszczyzna z Białogrodem i Kilią, Eliaszowi część bliższa czyli Multany z Soczawą i Chocimem.

Homagium Eliæ palatini Moldaviæ, Vladislao regi, fratri ejus Casimiro, et regno Poloniæ præstitum Soczaviæ, anno 1435.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 601.

Proceres et consiliarii Moldaviæ homagium Eliæ palatini sui Vladislao regi et regno Poloniæ Leopoli præstitum confirmant, muniuntque suis sigillis, auxilia contra hostes communes promittentes. Datum Leopoli, die 19 septembr., anno 1436.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 601.

Litteræ quibus terra Sepinensis cum arcibus et oppidis Chocim, Czerun, et Chmielow Vladislao regi et regno Poloniæ ab Elia palatino Moldaviæ in vim compensationis damnorum, per Alexandrum patrem suum in Colomiensi et Sniatynensi territoriis datorum, reddi-

tur cum obligatione restitutionis privilegiorum super præfatam terram a regibus Poloniæ concessorum. Die dominica post S. Matthæum, anno 1437.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 601.

Consiliarii Moldaviæ jurant fidelitatem regi Vladislao et filiis ejus, ac regno Poloniæ, cum Elia palatino domino suo, sigillaque appendunt. Anno 1441.

Consiliarii Eliæ palatini Moldaviæ pro se et omnibus incolis faciunt homagium Vladislao regi Poloniæ, et Casimiro fratri ejus, et successoribus eorum, illudque juramento et sigillis suis firmant. Die 8 septembris, anno 6951 (1443).

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I. fol. 601.

Litteræ quibus a consiliariis et nobilibus Moldaviæ cum Petro palatino fidelitas Casimiro regi et regno Poloniæ apud Chocimum præstatur, etiam pro absentibus et posteris, etiamsi palatinus ipse fidem mutaret. Anno 6956 (1448).

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 601.

Petrus palatinus Moldaviæ juramento interposito promittit se fidelem fore Casimiro regi et regno Poloniæ. Anno 1448.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 601.

PIOTR, syn Stefana, wytrąciwszy brata stryjecznego Romana, a potem go i otruwszy, składa hołd 1448.

Alexander palatinus Moldaviæ coram oratoribus regiis, magnifico Przedborio de Koniecpole castellano Sandomiriensi, et Joanne de Wisnicz Kmita Sandomiriensi et Premysliensi capitaneo, homagium præstat, promittitque se rursus more majorum suorum regi in terras Russiæ venienti idem homagium præstiturum, in loco, ad quem vocatus fuerit, præsertim vero Cameneciæ et Sniatyni. Datum die 23 septembris, anno 6961 (1453).

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 601.

ALEXANDER II, syn Eliasza wojewody mołdawskiego, brat cioteczny króla Kazimierza, wygnany od Bogdana stryja z nieprawego łoża, przez Polaków na hospodarstwo przywrócony, złożył hołd w latach 1453 i 1455. PRZEDBOR z KONIECPOLA, kasztelan rozpirski 1436, sandomirski 1443, w wyprawach na Multany 1450, 1452, umarł 1454.

Pensio centum aureorum annuatim ex zuppis Cracoviæ vel Russiæ Michaeli cancellario Moldaviæ solvendorum, a Przedborio de Koniecpole castellano Sandomiriensi, et Joanne Kmita de Wisnicz

Sandomiriensi et Premysliensi capitaneo, nomine Casimiri regis constituta. Datum in Sereth, die dominica post festum S. Matthæi, 1453.

Alexander palatinus Moldaviæ cum consiliariis suis, quorum nomina subscripta et sigilla litteris sunt appensa, coram Andrea Odrowąż, et aliis proceribus, Casimiro regi fidelitatem suam obligat, promittitque se juramentum fidelitatis coram ipso rege præstiturum in loco ubi vocatus fuerit. Spondet item auxilia contra omnes hostes more majorum suorum. Matri suæ Mariæ amitæ regiæ de Sieroczko et Targowisko confirmat litteras, usque ad aliam transactionem cum rege. Datum Chocimii, die 6 octobris, anno 1455.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 602.

Casimirus rex Michaeli cancellario, Duma et Theodoro fratribus, terrigenis et boiarinis Moldaviensibus, dat salvum conductum, conjunctim et divisim, cum uxoribus, liberis, familia, equis, rebusque omnibus in regno, signanter in palatinatu Russiæ, et civitatibus Camieniec, Kołomyia, Drohobycz et ceteris civitatibus manendi, negotia transigendi, et sine quovis aresto redeundi, etc. Datum Cracoviæ, anno 1456.

Stephanus palatinus Moldaviæ ad instantiam regis dat salvum conductum Michaeli Logopheto et fratribus ejus Duma et Theodoro. Datum Soczaviæ, die 28 junii, anno 1456.

Petrus palatinus Moldaviæ more majorum suorum, Alexandri patris, Eliæ et Stephani fratrum, præstat homagium et fidelitatem, adhibito juramento, Casimiro regi et regno Poloniæ, cui pollicetur assistentiam contra omnes hostes, nullius se subditum fore nisi præfati regis et coronæ, illius commoda procuraturum, et de conatibus hostium certiorem facturum, in persona sua regi semper præsto futurum cum tota sua potentia, inscriptiones a prædecessoribus suis factas observaturum, cum nullo alio fœdus initurum, homagium in persona sua in Colomia vel in Camieniec regi præsenti præstiturum, alienata bona recuperaturum, neque inscio rege et regno quidpiam alienaturum. Si rex contra Prussos bellum geret, quadringentos hastatos equites missurum, nec non quadringentos boves daturum. Contra Tartaros totis viribus regi militaturum, filios Szachmat cæsaris Tartarorum regi extradituram. Legatos ad regem quotannis cum muneribus rege dignis ratione pensionis homagialis missurum. Mariam relictam olim Eliæ Moldaviæ palatini viduam, circa oppidum Sereth, et villam Olchowiec, aliasque villas dote illius oneratas conservaturum, et in manus ejus, quem Przedborius de Koniecpole castellanus Sandomiriensis mittet, assignaturum. De Chocim et Cze-

czury, quæ doti ejusdem Mariæ subjecta sunt, cum rege transactu-rum. Anastasiam filiam ejus, secundum arbitrium regis, nuptui daturum. Ceteras differentias ad primum cum rege conventum differt. Datum Soczaviæ, 26 junii, anno Domini 1456.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 602.

PIOTR, syn Alexandra z nieprawego łoża, zabiwszy Bogdana, który przymusił Alexandra, syna Eliaszowego wraz z matką, a ciotką królewską w Polsce przytułku szukać, naprzód przed Polakami prowadzącymi po raz drugi Alexandra, ustąpić musiał. Potem wróciwszy do kraju, Alexandra otruł i wykonał przysięgę, do której tyle pięknych dodał obietnic. Król Kazimierz nie chciał go zrazu uznać, ale potem na hospodarstwie potwierdził. Długosz, Kromer.

Idem palatinus cum proceribus suis consentit super redimendam pacem a Turcis tributo duorum millium ducatorum. Datum Soczaviæ, die 5 junii, 1456.

Tenże Piotr przysiągłszy królowi przed posłem jego Andrzejem Odrowążem, wojewodą ruskim, poddał się Mahometowi, sułtanowi tureckiemu, który świeżo zdobył Konstantynopol, i 2,000 czerwonych złotych daniny mu postąpił. Polacy zajęci wojną z krzyżakami o wyzwolenie Prus, ratować swego hołdownika nie mogli.

Libertas ab omnibus per totum regnum Poloniæ teloneis Michaeli cancellario Moldaviæ, et factori ipsius a Casimiro rege concessa. Datum Leopoli, feria sexta post dominicam Judica, anno Domini 1460.

Musiło de Buczacz castellanus Camenecensis obligat se Michaeli cancellario Moldaviæ quinquaginta florenos, triginta hungaricales, et viginti turcenses, quæ apud ipsum in legatione sua in Bessarabia mutuo accepit persoluturum. Datum in Sniatyn, anno 1461.

Juramentum fidelitatis Casimiro regi, et regno Poloniæ a metropolita, et aliis commissariis Moldaviæ cum Stephano palatino præstitum, quem in fide et officio permansurum pollicentur. Anno 6970 (1462).

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 603.

Litteræ Casimiri regis Poloniæ, quibus datur salvus conductus et facultas demorandi in finibus Poloniæ et negotiandi, Michaeli cancellario Moldaviæ cum fratribus et toto comitatu. Datum Cracoviæ, die SS. Fabiani et Sebastiani, anno 1462.

Stephanus palatinus Moldaviæ fidelitatem Casimiro regi et regno Poloniæ promittit, neque ipso inscio se quidquam alienaturum, imo alienata recuperaturum, et homagium personale cum vocatus fuerit a rege præstiturum. Anno 1462.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 603.

STEFAN Wielki, wojewoda mołdawski, złożył hołd Polsce 1462, 1468, 1470, 1485. Najechany przez Jana Alberta, króla polskiego 1497, umarł 1504.

Idem eidem promittit fidelitatem, et quod Tartaros captivos non dimittet nec cuiquam tradet præterquam ipsi regi, si voluerit. Anno 1462.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 603.

Idem Stephanus et consiliarii ejus conventum alium communem constituunt ratione administrandæ justitiæ. Datum ad Chocimum, die 6 octobris, anno 1467.

Idem eidem spondet fidelitatem, more majorum suorum, et venturum se personaliter, cum vocatus fuerit, ad regem Cameneciam Colomiam, vel Sniatynum, ad præstandum juramentum, neque suscepturum bella, aut de quo tractaturum sine consensu regis. Datum Soczaviæ, anno 6976 (1468).

Idem promittit Casimiro regi fidelitatem, more antecessorum suorum, auxiliaque contra quosvis hostes pro viribus et consuetudine, et in persona sua cum accersitus fuerit Cameneciam, Colomiam, vel Sniatynum ad dandum jusjurandum se venturum, neque sine consensu regio bellum aliquod suscepturum. Anno 1470.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 603.

Salvus conductus cum venia et restitutione bonorum Michaeli et Logophetoa Stephano palatino Moldaviæ. Colomiæ anno 6993 (1485).

Stephanus palatinus Moldaviæ significat se interventu Vladislai regis Hungariæ cum Joanne Alberto rege Poloniæ de injuriis mutuis transegisse, pacem perpetuam cum præfato rege Poloniæ, Alexandro, et Sigismundo fratribus ejus constitutam esse. Pollicetur pro se et pro filio suo Bogdano tranquillitatem regno præstiturum, de mutuis amicis se certiores facient. Quando rex Hungariæ, et Poloniæ, ille per Bessarabiam, hic per Obloszyca Danubium contra Turcam transibunt, ipse quoque tenebitur in persona eos sequi et tueri. Mercatoribus in Moldavia securitas sit, justitia administretur damna passis. Datum in Herlow, ante festum S. Margarethæ, anno 1499.

Contractus matrimonii inter Bogdanum palatinum Moldaviæ per internuntios ejus et Elisabetham Alexandri regis Poloniæ sororem his conditionibus, ut rex per legatos suos determinet tempus et locum sponsaliorum, rex si in persona sua non posset assistere solemnitatibus matrimonialibus, dignitarios spirituales et sæculares cum omni reginali familia mittet, Bogdanus autem ecclesiam seu basilicam cum fundatione episcopi ritus romani excitabit, et ad summum pontificem mittet cum declaratione hoc matrimonium pro

bono christianitatis et conjunctione virium contra paganos cum principibus initurum. Datum Lublini, die 10 februarii, anno 1506.

Bogdan Jednooki, wojewoda moldawski, syn Stefana wielkiego, od 1504 do 1517. Małżeństwo jego z Elżbietą siostrą króla Alexandra do skutku nie przyszło, ta wydana była za Fryderyka, xięcia Lignickiego, roku 1515. Przyciśniony później wojną przez króla Zygmunta, Bogdan to pismo zwrócić musiał.

Induciæ inter Sigismundum regem Poloniæ et Bogdanum palatinum Moldaviæ. Anno 1509.

Vladislaus rex Hungariæ significat pacem inter Sigismundum regem Poloniæ, et Bogdanum palatinum Moldaviæ in Camieniec per oratores suos confectam his conditionibus. Res ablatæ restituantur, Bogdanus litteras super matrimonio Elisabeth sororis regis illi desponsatæ restituat, nec matrimonii mentionem faciat. De impensa a rege in bellum facta Vladislaus rex statuat. Item an Petrus qui se pro palatino gerit, et in regno Poloniæ moratur, sit extradendus, rex Hungariæ decidat. Bogdanus de Turcarum conatibus regem certiorem faciat, palatinos rex non suscipiat. Si contingeret Bogdanum a sua ditione pelli, rex receptum ei in regno dabit. Mercatoribus regiis liber sit in Turciam et Bessarabiam commeatus. Judices delegentur, qui de injuriis utrinque factis cognoscant, malefactores puniantur. Hæc transactæ sunt in Camieniec, die 23 januarii, anno 1510.

Dogiel, *Codex dipl.*, t. I, fol. 606.

Traktat ten zawarty za pośrednictwem Władysława króla węgierskiego i czeskiego, nastąpił po odniesionem nad Bogdanem przez hetmana Mikołaja Kamienieckiego roku 1509 nad Dniestrem zwycięztwie.

Quæ rex Hungariæ approbat et rata habet. Petrum præfatum in Polonia non debere manere decernit, ab expensis Valachiam absolvit, ditiones controversæ ad quem pertineant, se commissarios suos missurum ut cognoscant promittit. Datum in arce Zata, feria quinta post festum SS. Viti et Modesti, anno 1510.

Litteræ Bogdani palatini Moldaviæ perpetui fœderis cum Sigismundo rege Poloniæ per mediationem Vladislai regis Hungariæ sub certis conditionibus, videlicet apparatus et res ecclesiasticas in auro, argentoque reddet palatinus, et utraque pars litteras binas sub magnis sigillis ab Alexandro rege et consiliariis ejus sibi datas de Elisabeth sorore in matrimonium suum elocanda palatinus reddet ad manus Vladislai regis Hungariæ per commissarios suos, memoriaque hujus matrimonii abolebitur, damna matrimonialia ex utraque parte oblivioni tradentur, expensa Sigismundi regis in suos milites

qui terras Moldaviæ transibant dantur arbitrio Vladislai regis. Datum in Jassy, anno 7018 (1510).

Joannes Stephanus palatinus Moldaviæ consiliariique ejus fœdus cum Sigismundo rege Poloniæ renovant. Datum Cracoviæ, in conventu generali, anno 1518.

DOGIEL, *Codex. dipl.*, t. I. fol. 610.
STEFAN, wojewoda mołdawski, od 1517 do 1530.

Consiliariorum suorum fœdus cum Sigismundo rege Poloniæ, Stephanus palatinus renovat confirmatque. Anno 7026 (1518).

Fœdus Stephani palatini Moldaviæ renovatur cum Sigismundo rege. Cracoviæ, in conventu generali, die 10 febr., anno 1539.

DOGIEL, *Codex dipl.*, t. I, fol. 617.
STEFAN ALEXANDROWICZ, wojewoda mołdawski, od 1538 do 1541.

Elias palatinus Moldaviæ cum consiliariis et fratribus suis Stephano et Constantino jurejurando confirmant fœdus cum Sigismundo rege et Sigismundo Augusto filio ejus, ac regno Poloniæ, per Joannem comitem de Tarnow castellanum Cracoviensem initum, et ejusdem castellani juramento firmatum *w Horodzie niemieckim*, his præcipue conditionibus. Ab invadentibus hostibus liberum sit reclinatorium Moldavis cum uxoribus, liberis, thesauris suis in dominiis regni, cessante necessitate et tempestate hostili liber sit redditus eisdem sine omni detentione. Contra hostes regni omnibus viribus palatinus et proceres Moldaviæ se opponent, conjungentque se exercitui regali, in visceribus ditionum suarum nullum hostem contra regnum fovebunt. Limites antiqui conservabuntur, ad terram Pokucie, uti veram hæreditatem regni, nullum jus Moldavi prætendent in perpetuum. Mercatoribus viis suetis in Moldaviam et Turciam, persolutis teloneis solitis, libertas meandi et remeandi erit, similiter et Moldavis in Poloniam. Fures, latrones in limitibus puniri debent, subditi profugi ab utrinque non suscipiantur et extradantur iis quorum sunt. Nationales et hæreditarii molendinis ab utrisque ripis regalibus Dniester fluvii non utentur nisi ex voluntate regum, nemo cum mercimoniis, equis vel absque consensu regis, vel quorum est proprius, figat habitationem. Justitia in aliis antiquis litteris descripta administretur. Sequuntur palatini cum consiliariis spiritualibus, metropolitæ Soczaviensis et procerum fratrisque palatini inscripta nomina et sigilla appensa. Datum die 30 novemb., anno 7055 (1547).

ELIASZ PIOTROWICZ, wojewoda mołdawski, od 1546 do 1551. JAN TARNOWSKI, kasztelan krakowski od 1532, zmarły 1561.

Fœdus et juramentum Sigismundo Augusto regi ab Alexandro palatino Moldaviæ et consiliariis ejus coram Stanislao comite de Tenczyn castellano Leopoliensi et Joanne Boratyński oratoribus ad eum a rege missis factum. Anno 1561.

Alexander Lepusnianu, wojewoda moldawski, od 1552 do 1561. Stanisław Tęczyński, kasztelan lwowski 1553, wojewoda krakowski 1554, umarł 1563.

LITTERÆ TURCICÆ.

Imperator Turcarum regi Poloniæ significat se pacem fecisse cum Petro palatino Valachiæ, et mandasse suis subditis ut non impediant negotiationem mari et terra. Anno 1455.

Mahomet II, od 1451 do 1481.

Baiazetis soltani salvus conductus mercatoribus Poloniæ transeuntibus per omnes ditiones ejus. Anno 1464.

Bajazet II, od 1481 do 1512.

Ejusdem salvus conductus mercatoribus Poloniæ idiomate valachico scriptus, et sigillo imperatoris signatus. Anno 1464.

Data tych dwóch listów bezpieczeństwa, które Gołębiowski (*Dzieje Polski za Kazimierza*, str. 190) także pod tym rokiem i z imieniem tegoż sultana z archiwum koronnego cytuje, nie zgadza się z latami panowania Bajazeta II. Albo tedy data mylna, albo te pisma poprzednik jego Mahomet II kupcom polskim, czyli raczej posłom królewskim dać musiał.

Idem dat facultatem mercatoribus Poloniæ libere exercendi mercaturam in ditionibus suis. Anno 1487.

Idem Casimiro Jagiellonidi regi Poloniæ suadet, ut ipsi mittat concordiæ pacis puncta, et conditiones commerciorum, declarando se omnia accepturum. Datum ultima martii 1489.

Idem significat venisse ad se Nicolaum Firley, Casimiri regis oratorem, ad confirmandam pacem et amicitiam, quæ ad biennium sancita est ea conditione, ut ab utrinque subditi pacate se gerant. Anno 1489.

Mikołaj Firlej, herbu Lewart, z Dąbrowicy, poseł do Turcyi, kasztelan lubelski 1501, wojewoda 1503, na zjeździe monarchów w Wiedniu 1515, hetman oraz wojewoda sandomirski 1515, wojewoda krakowski 1520, umarł 1526.

Idem postulat justitiæ administrationem a Casimiro rege, ratione mercatorum suorum occisorum Capliam proficiscentium. Anno 1489.

Ejusdem salvus conductus oratori Joannis Alberti regis Poloniæ ad se venienti pro confirmatione pacis. Anno 1492.

Soltan Baiazetes imperator Turcarum significat Joanni Alberto regi Poloniæ per Nicolaum Skiwski inducias quinque annorum inter se ac inter illum factas esse. Datum in aula soltanicæ potestatis, anno Jesu prophetæ 1494.

Idem significat Alexandro regi Poloniæ fuisse apud se Nicolaum Firley ipsius oratorem. Anno 1502.

Idem pacem cum Joanne Alberto factam cum Alexandro rege per Nicolaum Firley castellanum Lublinensem prorogat ad quinquennium his conditionibus, ut utrinque libera sint commercia, captivos redimere liceat, quod si durante pace aliqui capti fuerint, sine pretio restituantur, justitia administretur, qui juramentum hoc violaverit omni prosperitate careat. Datum Constantinopoli, die 8 novembris, anno 1502.

Idem Alexandrum regem monet, ut bona Moisis Judæi qui Cameneciæ tanquam explorator captus et in carcerem conjectus, ibidem mortuus, uxori illius restituantur. Anno 1502.

Ejusdem salvus conductus legato magno Sigismundi I regis Poloniæ per Iwanum Armenum. Die 8 maii, anno 1507.

Solimanus Turcarum imperator cum Sigismundo I rege Poloniæ confirmat pacem ad tres annos. Anno 1519.

Ten Solimanus musi być Selim I, który panował od roku 1512 do 1520.

Idem mittens in Moschoviam certum mercatorem et factorem suum postulat a Sigismundo rege, ut eidem factori ipsius concedat liberum passum repassumque per ditiones regni. Datum Andrianopoli, die 25 novemb., anno 1519.

Solimani cum Sigismundo eodem rege induciæ ad tres annos per Stanislaum Odrowąż castellanum Biecensem. Anno 1525.

Soliman II, od 1520 do 1566. Stanisław ze Sprowy Odrowąż, kasztelan żarnowski 1518, biecki 1520, lwowski 1534, wojewoda bełzki 1536, ruski 1538, umarł 1546.

Ejusdem induciæ ad annos quinque per Joannem Ocieski. Anno 1526.

Idem Sigismundo denuntiat quod arma conversa contra Hungaros distulit ad instantiam Janussii regis Hungariæ. Anno 1527.

Pośmierci Ludwika Jagiellończyka, króla węgierskiego i czeskiego, który zginął

w bitwie z Turkami pod Mohaczem roku 1526, część Węgrów obrała Jana Zapolskiego, wojewodę siedmiogrodzkiego, który nie mogąc utrzymać się przeciw Ferdynandowi, bratu Karola V, obranemu przez drugą część Węgrów, schronił się do Polski, gdzie przez dwa lata u Jana Tarnowskiego przemieszkał. Przybył tam do niego Jarosław Łaski, wojewoda sieradzki, synowiec Jana Łaskiego, arcybiskupa gnieźnieńskiego, któremu przyszło na myśl wyrugować Austryaków z Węgier za pomocą sultana Solimana, za co przez papieża Klemensa VII był wyklęty. Pobiegł wojewoda z Tarnowa do Konstantynopola, gdzie zawarł umowę z Solimanem w imieniu Jana Zapolskiego, którego lubo król Zygmunt otwarcie nie wspierał, z cicha mu dopomagał. Wkrótce po zawartym przez Łaskiego przy końcu lutego 1528 roku traktacie, Turcy wkroczyli do Węgier, Wiedeń oblegli, Austryaków wypędzili, a Jana Zapolskiego na tron węgierski przywrócili.

Ejusdem ad Sigismundum litteræ quibus proclamat concordiam pacis ad annos quinque, et si aliqua pars alteri aliquam faceret injuriam aut incursionem, justitiam omnino sine mora faciant, incarceratos liberos mittant, mercatoribus etiam omnem securitatem et liberum transitum pollicetur. Anno 1527.

Idem respondens Sigismundo regi Poloniæ refert se ad relationem Andreæ latoris præsentis in toto. Anno 1530.

Ejusdem litteræ ad eundem in quibus bene ominatur nuptiis Sigismundi Augusti cum filia Ferdinandi regis cui tamen hostem se profitetur. Anno 1530.

Vesirius Ibrahim Bassa Sigismundo regi Poloniæ responsorias dat per Petrum denuntiando, quod imperator Turcarum litteras concordiæ pacis ab eo grato animo suscepit, et e converso suas litteras contestationis mittit ad Sigismundum, et ad Hanum, ut eandem concordiam pacis inviolabiliter teneat, mandatum mittere promittit. Anno 1530.

Idem ratione regni Hungariæ expostulat mediationem regis Poloniæ ad constituendam pacem cum rege Romanorum. Anno 1531.

Solimanus significat Sigismundo regi, quod severe mandat palatino Valachiæ, ut ipsi in omnibus prætensionibus satisfaciat, Sigismundo etiam suadet ne amplius oratores suos in Valachiam, Moldaviam et Transilvaniam mittat, et cum Hano in bona amicitia perseveret. Anno 1531.

Ejusdem litteræ idiomate italico ad Sigismundum regem Poloniæ ad quærendum falcones. Anno 1531.

Idem ab eodem petit securitatem cuidam familiari suo, quem pro comparandis certis rebus necessariis tam in regno Poloniæ quam in Moschovia misit. Datum Constantinopoli, anno 1531.

Idem Andream Charchondilam negotiatorem suum in Moschoviam proficiscentem recommendat Sigismundo regi Poloniæ, 1531.

Ejusdem ad Sigismundum ratione interemptionis *mote* interceptionis (*w oryginale watykańskim* interpretationis) mercatoris cum sex personis prope Cameneciam. Anno 1532.

Ejusdem responsum ad legationem et litteras Sigismundi regis, in quo terras Ukrainæ et Valachiæ sibi appropriat. Anno 1532.

Solimanus petenti Sigismundo per Petrum Opaliński fœdus, quod secum habuerat, cum filio suo Sigismundo Augusto, ac filiis suis, item constituat, respondet se cum Sigismundo quoad vixerit pacem servaturum, filii si boni fuerint, pacem inter se etiam conservabunt, sed tamen filio regis propter paternam commendationem non defuturum. Anno 1532.

Piotr Opaliński, herbu Łodzia, nauczyciel Zygmunta Augusta, kasztelan lendzki 1530, poseł do Solimana 1532, do Karola V cesarza 1535, kasztelan gnieźnieński 1538, umarł 1545.

Vesirii Solimani imperatoris ad Sigismundum litteræ, quibus postulat ut Petrus palatinus Valachiæ, profugus intra fines regni Poloniæ degens, qui inter imperatorem Turcarum et regem Poloniæ inimicitias agebat, aut vivus aut mortuus Portæ extradatur, 1533.

Solimani imperatoris Turcarum ad Sigismundum regem Poloniæ intercessoriales pro quodam mercatore, ut ipsi post mortuum consanguineum Leopoli variæ merces existentes et pecunia restituatur. Anno 1533.

Ejusdem ad eundem intercessoriales italico idiomate pro mercatore, quem misit pro falconibus. Anno 1533.

Ejusdem responsoriales Sigismundo ad intercessoriales in negotio filii Caragusi. Anno 1533.

Ejusdem ad eundem pro liberatione Andreæ mercatoris cum mercibus ejusdem imperatoris retenti, tum pro dimissione legati Moschovitici ad se proficiscentis, nec non ratione damnorum circa Oczakoviam eidem illatorum. Anno 1535.

Ejusdem ad eundem de inferendo bello regi Germaniæ in auxilium regis Janussii. Item fœdera pacta concedit in annos decem. Anno 1535.

Ejusdem ad Sigismundum ut filium Joannis regis mittat in Transilvaniam. Anno 1535.

Ejusdem ad Sigismundum ut ejus legatus in Moschoviam liberum transitum habeat. Anno 1536.

Ejusdem ad eundem pollicetur mandatum ad Tartaros mittere ne incursiones faciant, dummodo donativum ipsis mittatur. Anno 1536.

Vesirius magnus Bassa Baiazetes significat Sigismundo regi nuntium ipsius Jacobum Wilamowski a Porta in audientia imperatoris bene exceptum esse, et confirmatam esse pacem et amicitiam. Anno 1536.

Jakub Wilamowski, poseł do Stambułu 1531, tamże w sprawach węgierskich 1536, 1539, 1540, do Piotra multańskiego 1542.

Literæ Solimani imperatoris ad Sigismundum regem per Jacobum Wilamowski allatæ, quibus commendat reginam Hungariæ et filium ejus, expostulatque de duabus incursionibus subditorum regis ad Oczakow.

Solimanus regi Sigismundo denuntiat de felici suo progressu in bello Hungarico. Anno 1536.

Ejusdem ad eundem intercessoriales pro Mustafa Oczakowski ratione interemptionis parentis ejus et incarcerationis ipsius, et ut ipsi summa restituatur quam exposuit redimendo personam suam ex carceribus. Anno 1536.

Idem scribit ad eundem de præda per Tartaros Białogrodenses facta, et in regno Hungariæ, et pascuis campisque, arcibus in finibus Poloniæ. Anno 1537.

Idem requirit justitiam ab eodem in refusionem damnorum ad Oczakoviam illatorum. Anno 1537.

Idem ab eodem expostulat ut varia mercimonia in Polonia retenta post defunctos mercatores Turcicos restitui, justitiam de Kozacis fieri his, qui scribam seu custodem ovium vita privarunt, et ejus pecuniam receperunt omnino restitui mandet. Anno 1537.

Idem coram eodem conqueritur de injuriis ab Ukrainensibus et Valachis transfugis illatis, tum requirit satisfactionem præstandam. Anno 1537.

Idem ab eodem repetit Theodorum palatini Valachiæ fratrem, ejusque liberos et facultates, ac ceteros Valachos profugos, 1537.

Vesirii Ibrahim Bassæ ad Sigismundum regem Poloniæ litteræ de damnis Petro palatino Valachiæ factis. Anno 1539.

Solimani ad eundem Sigismundum regem pro refusione damnorum circa Oczakoviam illatorum, tum quod Poloni cum tormentis et cohortibus multis ad dislimitationem, Turcæ vero paucissimo numero comparuerunt. Item de molendino a Petro palatino Valachiæ in fundis Poloniæ extructo pleniorem informationem vult habere. Anno 1539.

Item ejusdem ad eundem regem pro refusione damnorum itidem illatorum ad Oczakoviam a subditis regis, tum de Szefirio invasore,

nec non de molendino controverso per Petrum palatinum Valachiæ in fundis Polonicis extructo. Anno 1539.

Ejusdem ad eundem de dislimitatione camporum, in quibus prætenditur pro limite fluvius Sauron.

Ibrahim Bassa primus vesirius commendat diligenter Sigismundo regi Andream Charchondilam. Datum Constantinopoli.

Solimani litteræ ad Sigismundum regem de restitutione certarum rerum Cameneciæ retentarum. Anno 1542.

Ejusdem ad eundem de restitutione telonei Andreæ mercatori ipsius. Anno 1542.

Ejusdem ad eundem ratione limitum in campis, de servitiis per Nicolaum interpretem ipsius. Anno 1542.

Litteræ Osmani szach gubernatoris Białogrodensis ad commissarios, ut veniant et compareant ad dislimitandum campos desertos, alias Dzikie pola. Anno 1542.

Solimanus a Sigismundo rege postulat liberum transitum mercatori suo in Moschoviam proficiscenti pro pellibus sebelinis, 1542.

Idem Solimanus Sigismundo regi Poloniæ commendanti filiam suam reginam Hungariæ et filium ejus respondet. Anno 1542.

W oryginale watykańskim jest *sororem*. Ale król Zygmunt nie miał siostry za królem węgierskim, tylko córkę Izabellę wydaną 1539 za Jana Zapolskiego, wojewodę siedmiogrodzkiego, króla węgierskiego.

Ejusdem litteræ quibus quemdam mercatorem suum quo citius debita sua a subditis regiis vindicare posset commendat. Anno 1542.

Ejusdem ad eundem de injuriis ad Oczakow per Kozakos et per Pretficz illatis. Anno 1543.

Bernard Pretficz ze Szlązka, postrach Tatarów, za którymi aż pod Oczaków i Białogród zapędzał się, mianowicie 1541, w nagrodę zasług starostwo barskie i trembowelskie od Zygmunta I otrzymał, zmarły 1561.

Ejusdem ad eundem ut justitiam de latronibus ratione damnorum ad Oczakow per ipsos illatorum fieri et damna resarciri demandet. Anno 1543.

Ejusdem ad eundem ut mercatori ipsius Andreæ ad Moschoviam proficiscenti pelliceorum sebelinorum aliorumque causa, et decem millia florenorum hungaricalium secum portanti liberum permittat transitum. Anno 1544.

Ejusdem ad eundem regem intercessoriales pro Mediomeda filio Haiusy, ut ipsi varia mercimonia post defunctum Mustafa dictum Leopoli relicta restituantur. Anno 1544.

Ejusdem ad eundem denuntiatoriæ, quod Carolum regem Hispaniæ, et Ferdinandum ejus fratrem agressurus sit armis, tum et renovat fœdera cum præfato Sigismundo. Anno 1545.

Litteræ Solimani ad Sigismundum regem, quibus gloriatur de victoria ex rege Ferdinando, et fratre ejus Carolo V apud Budam parta.

List ten bez daty musi być z roku 1541, w którym sułtan Soliman walne nad wojskiem Ferdynanda i brata jego Karola V cesarza otrzymawszy zwycięztwo Budę zdobył.

Ejusdem ad eundem denuntiatoriæ quod acceperit Budam, et tradiderit Transilvaniam filio Joannis regis Hungariæ. Anno 1545.

Ejusdem ad eundem pro restitutione pecuniæ a legato Turcico ereptæ et a mercatoribus Białogrodensibus Caffam proficiscentibus. Anno 1545.

Idem rogatus a Sigismundo, ut arcem Betrz Isabellæ restitueret, negat se id facere posse, quandoquidem in ea sacra secundum ritum Mahometi peracta sint. Anno 1546.

Vesirii litteræ Ibrahim Bassæ de tradito regno Hungariæ Janussio, et felici progressu in bello cum Persis. Anno 1546.

Ejusdem litteræ quibus significat quod imperator Turcarum mandat libenter litteras confirmationis pacis et amicitiæ. Anno 1547.

Solimanus a rege Augusto postulat ut mandet mercatori ejus restitui mercimonia per teloneatorem in Biała Cerkiew sine ulla causa detenta. Anno 1547.

Chociaż Zygmunt Stary żył jeszcze roku 1547, mógł ten list być pisany do Zygmunta Augusta, bo ten jeszcze za życia ojca roku 1530 koronowany i do rządów był przypuszczony.

Ejusdem litteræ ad eundem de victoria sua ex Persis, et regis Persarum fuga e regno suo, tum de legatione ad imperatorem Romanorum, et responso ab eo. Anno 1547.

Ejusdem ad eundem de damnis ad Oczakoviam factis, de statuenda pace et confirmatione ejusdem, tum de simulato mandato, et de commissariis ad Portam missis ratione damnorum illatorum. Anno 1547.

Ejusdem ad eundem cum denuntiatione victoriarum suarum, et contestatione doloris ex morte Sigismundi I regis Poloniæ. Anno 1548.

Ejusdem ad eundem pro restitutione pecuniæ a legato Turcico ereptæ dum iret in Moschoviam. Anno 1548.

Ejusdem ad eundem de administranda justitia de quodam vectore. Anno 1549.

Ejusdem ad regem Poloniæ itidem pro administranda justitia

ex illis, qui mercatorem in Moschoviam commeantem occiderunt. Anno 1549.

Ejusdem ad eundem quibus spatium unius mensis concedit pro adventu oratoris regis, et litteras passus mittit. Item denuntiat quod jam mandata ad Ukrainæ Begosz missa sint, ut parati sint ad suscipiendum regis oratorem, facit etiam mentionem de Juda regis factore privato vita, et retentis ejus pecuniis, paratis in thesauro imperatoris, quas per eundem oratorem restituendas promittit. Anno 1549.

Ejusdem ad Sigismundum Augustum, quibus denuntiat de assignato commissario Nicopolski Beda pro cognitione damnorum ad Oczakow, de prolongatione temporis præfixi pro adventu ad designatum locum commissariorum ex utraque parte, de intentione Ferdinandi regis Germanorum ratione terræ Transilvaniæ, de præpeditione transitus militum Germanorum per fines Poloniæ, quoniam hæc terra est sub protectione Portæ, expostulat etiam ut sorori suæ, regis Hungariæ consorti, non recuset dare suppetias, dat etiam rationem quod filius regis Hungariæ non successit in regnum patris sui, sed declarat se hoc regnum ipsi soli traditurum. Iterum etiam animat regem ut sorori suæ reginæ Hungariæ præstet auxilium contra omnes modernos hostes. Anno 1549.

Ejusdem ad Sigismundum Augustum ut prohibeat de pascuis inter Dniestrum et Dnieprum jacentibus solutionem recipere. Anno 1550.

Ejusdem ad Sigismundum Augustum per Nicolaum Bogusz capitaneum Lublinensem oratorem, in quibus declarat confirmationem pactorum et amicitiæ. Anno 1550.

Solimani ad Sigismundum Augustum regem, commendando Mustafam, quem mittit ad emendum mille catenarios? stanni, et hinc in Moschoviam ad emendas pelles sebelinas et orichalcos. Anno 1550.

Ejusdem ad Sigismundum Augustum regem confirmando pacta fœdera, quæ Sigismundus I cum Porta habuit. Anno 1550.

Ejusdem ad regem Poloniæ, ut expediat Stephanum? filium Joannis regis Hungariæ cum matre ejus in Transilvaniam, et eum adjuvet in quantum judicabit. Anno 1551.

Syn Jana Zapolskiego, króla węgierskiego, siostrzeniec Zygmunta Augusta, zwał się Jan Zygmunt, umarł 1570.

Ejusdem ad Sigismundum Augustum, quibus causam reginæ Hungariæ sororis regis, tum ab utrinque subditorum mutuas injurias innuit, declarat judicandas, dummodo ad se legatus mittatur. Anno 1552.

Ejusdem mandatum ad custodes finium Valachiæ, ut legato regis Poloniæ captivos recuperare permittant. Anno 1552.

Ejusdem copiæ litterarum per Stanislaum Tenczyński, castellanum Leopoliensem, quibus confirmat pacta et securitatem cum Sigismundo Augusto certis conditionibus. Anno 1553.

Stanisław z Tęczyna, kasztelan lwowski 1553, wojewoda krakowski 1554, umarł 1563.

Ejusdem litteræ ad Sigismundum Augustum, quibus scribit ratione Transilvaniæ, et de oratore Ferdinandi imperatoris in negotiis Stephani? filii Joannis regis Hungariæ, declarando se ipsum in sua protectione habere, et ad nullas se condescendere conditiones alienandi ab eo Transilvaniam. Anno 1553.

Idem cum Sigismundo Augusto fœdus paciscitur per Stanislaum Tenczyński, castellanum Leopoliensem, regis oratorem. Imprimis mandat imperator capitaneis suis, ne ulla damna regiis ditionibus inferant, idem rex facturus est, legatis utrisque securitas sit, captivi justo pretio redimantur, qui autem manente fœdere capti fuerint, restituantur, mercatoribus liber transitus maneat, mercatorum mortuorum bona utrisque successoribus reddantur, malefactores pœna capitis puniantur, pro debito alterius innocens non provocetur in judicium, mercatores in Turcia coram Cadeio, in Polonia coram officio castrensi se sibi inscribant, prætentæ injuriæ compensentur, cum imperatore Tartarorum amicitia sit, rex ei ordinaria solvat, ille si quid deliquerit mandato imperatoris satisfaciet. Idem palatino Valachiæ, et sendziacis Białogrodensi et Silistriensi mandatum est ut neminem versus regnum transire patiantur nisi mercatores et nuntios. Si quis in teloneis ex Polonia captus deprehensus fuerit, liber dimittatur, etc. Datum Constantinopoli, die 3 aug., anno 1553.

Traktat ten przez Tęczyńskiego w Stambule podpisany, stał się wzorem poźniejszych między Polską a Turcyą umów. Granice zostały nim do czasu zabezpieczone; Tatarom powiedziano aby Augusta kraj uważali za ziemię, gdzie sprzymierzeniec Solimana panuje.

Ejusdem litteræ ad dominum Tenczyński, quibus postulat litteras suas regi, responsumque sibi quam primum transmitti. Anno 1553.

Exempla expeditionis de pascuis ad Dniestrum ex cancellaria regni. Anno 1553.

Litteræ ejusdem Solimani ad Sigismundum Augustum quibus postulat, ut Mustafæ mercatori ipsius vasa stannica liceat in regno Poloniæ coemere. Anno 1553.

Instructio ex cancellaria regni Poloniæ Andreæ Brzeski, castel-

lano Chełmensi, misso ad imperatorem Turcarum ab Augusto rege. Anno 1557.

Litteræ Sigismundi Augusti regis ad Solimanum imperatorem Turcarum. Datum die 12 junii, anno 1557.

Litteræ Solimani ad Sigismundum Augustum ut commissarios mittat ad cognoscenda damna circa Transilvaniam, nuntiat item de excursione Tartarorum in regnum Poloniæ. Item Demetrium Wiśniowiecki puniri postulat. Anno 1558.

Dymitr Wiśniowiecki, starosta kaniowski, pogromca Tatarów, zdobył przy ujściu Dniepru wyspę Chortycę, zkąd z garstką Kozaków wpadł do Krymu, stolicę tatarską Islam-Kirmen spalił, za co sułtan żąda jego ukarania.

Solimanus per Andream Brzeski, castellanum Chełmensem, pollicetur se pacem conservaturum cum Sigismundo Augusto, de damnis illatis ut commissarii cognoscant. Anno 1558.

Litteræ a sendziaco Białogrodensi ad regem Sigismundum Augustum de expeditione Wiśniowieckiego et Łaskiego in Moldaviam.

Albrecht Łaski, wojewoda sieradzki, wprowadził na hospodarstwo multańskie Jakuba Heraklidesa Bazylika, despotę wyspy Samos, wypędziwszy Alexandra Lepusnianu, którego był Mikołaj Sieniawski, wojewoda ruski, hetman polny koronny, na tem państwie osadził. List ten bez daty musi być z roku 1561 w którym Łaski Heraklidesa na chwilowe hospodarstwo wprowadził.

Solimanus imperator petit a Sigismundo Augusto ut Stephanum Tomszam palatinatum Valachiæ occupatorem ad se vivum mittat. Anno 1561.

Stefan Tomsza, bojar wołoski, po wzięciu i zabiciu oblężonego w Soczawie Jakuba Heraklidesa, ogłosił się hospodarem multańskim; ale wkrótce wyrugowany przez Alexandra wspartego wojskiem tureckiem, schronił się do Lwowa, gdzie go Zygmunt August, nie chcąc zrywać z sułtanem przymierza, przytrzymać, i roku 1563 ściąć kazał.

Idem expostulat cum Sigismundo Augusto de extraditione ejusdem Stephani, qui expulsus ab Alexandro recessit in Poloniam. Anno 1561.

Idem postulat Sigismundum Augustum ut idem Stephanus Tomsza captivetur, si est in Polonia. Anno 1561.

Idem Sigismundo Augusto per Nicolaum Armenum significat palatinum Valachiæ, despotum, ad instantiam Valachorum se conservasse. Item quod emendorum causa variorum mercimoniorum pro necessitate sua in Poloniam miserit suos mercatores quos specificat. Anno 1562.

Ejusdem litteræ ad regem Poloniæ sine interpretatione.

Ejusdem litteræ ad Sigismundum Augustum ratione quorundam mercatorum Valachorum in Polonia detentorum. Anno 1562.

Litteræ Solimani imperatoris Turcarum ad Sigismundum Augustum regem de suo studio certiorem reddentes. Datum in civitate Bolomaniæ, in Caramania, die 2 martii, anno 1562.

Idem ad eundem scribit de damnis in pascuis illatis, ac arreptis ovibus. Anno 1563.

Idem cum eodem expostulat de damnis ad Oczakow per Demetrium Wiśniowiecki illatis, et de felici successu belli cum Persis. Anno 1563.

Dymitr Wiśniowiecki przywołany od Wołochów, którym się panowanie Tomszy nie podobało, sam hospodarem zostać umyślił, i z Kozakami do Wołoszczyzny wkroczył. Przegrawszy bitwę i zdradą Tomszy wydany, przez niego do Konstantynopola był posłany, gdzie go Turcy za żebro powieszonego, trzeciego dnia za bluźnienie przeciw Mahometowi, strzałami przeszyli. Bielski, *Kronika*, str. 558.

Idem ad eundem scribit de palatino Valachiæ et mercatoribus. Anno 1563.

Idem ab eodem expostulat provideri, ne ex ditionibus ejus Białogrodenses infestentur. Anno 1563.

Idem Sigismundo Augusto regi nuntiat de detentione mercium et pecuniæ Dasprovini civis Vilnensis, qui mortuus est Constantinopoli. Anno 1563.

Idem cum eodem renovat pacta per Jazłowiecki, et expostulat de Alexandro palatino Valachiæ, de restitutione Chocimi, de annihilatione nundinarum prope Chocim, de pascuis in campis desertis. Anno 1563.

Jerzy Jazłowiecki, Tatarów pod Oczakowem 1529 pobił, zdradą przez nich schwytany, hetman polny koronny 1561, kasztelan kamieniecki 1565, wojewoda podolski 1567, ruski i hetman wielki koronny 1569, zmarły 1575.

Ejusdem litteræ ad eundem, quibus postulat mercatori suo Mahometo in Moschoviam misso liberum concedi transitum, et salvum dari conductum. Anno 1563.

Ejusdem litteræ ad eundem per Strasz nuntium allatæ, quibus petit Tomszam transfugam et rebellem remitti aut caput ejus. Adjunctæ sunt aliæ litteræ de quatuor quingentis millibus aureorum Mustafæ mercatori ab Erasmo Charz debitis. Anno 1563.

Strasz, z młodych lat jeniec poturczony pod imieniem Ibraim beg poseł od Porty do cesarza 1562, do Polski 1563, 1569.

Idem ab eodem expostulat per Nicolaum Brzeski de captis ad Oczakoviam et de Hano Tartarorum. Anno 1564.

Idem ab eodem expostulat per Nicolaum Brzeski de campis, pascuis et injuriis. Anno 1565.

Litteræ ejusdem ad Sigismundum Augustum, quibus significat venisse ad se Georgium Jazłowiecki, castellanum Camenecensem, seque eum honorifice recepisse, amicitiam se gratum habere, libenter se videre quod transfugas qui pacem turbabant puniret, arcem Chocimensem restitueret. Scribit se Alexandro palatino Moldaviæ mandasse ne occasionem inimicitiarum det pastoribus ovium, ut pascua pretio emant, et capitaneis locorum suas oves recenseant. Anno 1565.

Idem cum eodem denuo expostulat per Nicolaum Brzeski de campis, pascuis et injuriis. Anno 1565.

Exempla expeditionis de pascuis inter Dniestrum et Dnieprum ex cancellaria regia, in quibus ejusmodi exigendæ pecuniæ pensionis informationes continentur.

Solimani imperatoris Turcarum responsum ad litteras et legationem Sigismundi Augusti per Nicolaum Brzeski. Anno 1565.

Ejusdem intercessoriales ad Sigismundum Augustum pro mercatore in Moschoviam proficiscenti, requirit item de restitutione stanni arrepti. Anno 1566.

Litteræ Vesirii Machmet Bassæ Selimi imperatoris ad Sigismundum Augustum regem de expeditione contra Astrachanos. Anno 1566.

Idem coram eodem rege conqueritur contra Lutomirski, qui judæum mercatorem de Kilia pro speculatore captivavit, omnia ipsi recepit, et incarceravit. Anno 1566.

Selim Solimanus coram Sigismundo Augusto conqueritur contra Łaski et alios in Ukraina existentes, de receptis pecoribus ad Oczakoviam, et captivatis hominibus. Anno 1566.

SELIM II, od 1566 do 1574.

Idem Sigismundum Augustum regem requirit, ut mandet exsolvi debitum ab ablegato Poloniæ contractum. Anno 1566.

Idem significat eidem de bello in Astrachan a se suscepto. 1566.

Idem petit ab eodem litteras passus mercatoribus suis euntibus in Moschoviam. Anno 1566.

Vesirius Machmet denuntiat regi Poloniæ progressus sui imperatoris cum Venetis in mari et Cypro. Anno 1568.

Selim Solimanus coram Sigismundo Augusto conqueritur contra Kozakos, qui Hano Tartarorum tempore belli cum Astrachanis multa damna intulerunt, uxores et pueros ipsorum captivarunt, de iisdem requirit justitiam offerendo se in similibus satisfacturum regi. 1568.

Ejusdem ad eundem intercessoriales pro quodam mercatore

Machmet, ut ipsi restituantur debita certa, tum ut a solutione mercium imperatoris libere transmittantur mercatores in teloniis. Anno 1568.

Idem scribit ad eundem de pensione Tartarorum ex vi pactorum assignata. Anno 1569.

Vesirii Machmet Bassæ litteræ ad eundem de causis Ukrainensibus, et de Hano Dawletgiereio. Anno 1570.

Selim Solimanus ad eundem scribit itidem de rebus Ukrainæ, ac de mercatoribus. Anno 1570.

Idem significat Sigismundo Augusto, quod rex Hungariæ Stephanus? ex sorore regis nepos successit, scribit item et de damnis Tartarorum. Anno 1570.

JAN ZYGMUNT, siostrzeniec królewski, umarł 14 marca 1570; może tedy zamiast *successit* powinno być *decessit* albo *e vita excessit*.

Interpretatio litterarum a Machmet Bassa supremo cancellario imperatoris Turcarum ad regem Poloniæ, continens complementum amicitiæ, et quod admonuit severe Dawlet Gierey Hanum Tartarorum colendæ amicitiæ regis, et ne ultra pacta quidquam præsumat. Hæ litteræ allatæ sunt per Andream Taranowski. Datum Constantinopoli, die 4 junii, anno 1570.

DAWLET GIEREJ, han Tatarów krymskich od 1550 do 1577. JĘDRZEJ TARANOWSKI, herbu Belina, wielki goniec, w poselstwach do Danii, do Szwecyi, z Zahorowskim do Turcyi 1568, z czausem tatarskim pod Astrachan, gdzie Turcy szturmowali i wyginęli, o czem obszernie Bielski, do Stambułu w sprawie mołdawskiej 1572, do Moskwy 1573, i znowu do Stambułu 1574, gdzie 1575 pokój utwierdził.

Idem scribit ad eundem regem ratione Bogdani palatini Valachiæ. Anno 1572.

Vesirii magni Machmet Bassæ litteræ ad eundem ratione palatini Valachiæ transfugæ, et quod eum receperit Jazłowiecki palatinus Russiæ. Anno 1572.

Selim Solimanus cum Sigismundo Augusto expostulat ratione Bogdani palatini Valachiæ, ut ipsum rex sibi tradat cum omnibus ejus domesticis, aut caput ipsius Portæ mittat, quod si non fecerit minatur restrictione fœderis et pacis. Anno 1572.

BOGDAN, syn Alexandra Lepusnianu, o którym powyżej wzmianka, hospodar bliższej Wołoszy czyli Multan, od 1569 do 1572. Ten Bogdan wielkim będąc przyjacielem Polaków, siostrę swą za Paniewskiego wydał, za co może od Wołochów znienawidzony, którzy jakiegoś Iwonia od Porty uprosili, do Polski się schronił. Pomimo powyższego listu sułtana, który prosił o wydanie go sobie, panowie polscy pod dowództwem Mikołaja Mieleckiego prowadzili go na ho-

spodarstwo, ale gdy się dla przemagających sił tureckich cofnąć musieli, Bogdan uciekł do Moskwy, gdzie umarł, a Iwonia wierność Polsce przysiągł. Bielski, str. 587-592.

Idem scribit ad Sigismundum Augustum pro extraditione uxorum, liberorum aliquorum bojarorum Valachiæ ad Jedykułam incarceratorum. Anno 1572.

Litteræ Bassæ Machmet ad Augustum regem ratione Bogdani palatini Valachiæ profugæ ad regnum Poloniæ. Anno 1572.

Selim Solimanus significat Sigismundo Augusto de bello contra Venetos suscepto. Anno 1572.

Ejusdem responsoriæ Sigismundo Augusto, in quibus acceptat mediationem inter se et Bohemiæ regem ea conditione, ne impediat regem Janussium destinatum ad regnum Hungariæ per Solimanum. Anno 1572?

Data tego listu mylna; bo Jan Zygmunt siostrzeniec królewski umarł 14 marca 1570 roku.

Litteræ soltanæ primariæ imperatoris Turcarum ad regem Sigismundum Augustum cum muneribus, videlicet, indusiis, caligis, strophiolis. Sine data.

Item reperiuntur litteræ in sacco variæ ratione damnorum subditis Turcis illatorum ad Białogrod, et ratione commissionis his cognoscendis designatæ, et litteræ ad dominum Mielecki commissarium, item litteræ in viridi sacco ad reginam Isabellam.

Litteræ Selimi Solimani ad status et ordines regni Poloniæ persuadendo ut e medio sui eligant regem, offerendo se cum exercitu suo contra omnem hostem qui auderet invadere fines regni Poloniæ. Anno 1573.

Vesirius jussu imperatoris ad status regni Poloniæ et episcopos sub tempus interregni post decessum Sigismundi Augusti scribit, ut non extraneum sed indigenam regem eligant. Anno 1573.

Litteræ Vesirii Hassan Bassæ ad regem Stephanum Bathorium per Sieniawski capitaneum Haliciensem, quibus nuntiat imperatorem Turcarum consentire super fœdus. Anno 1575.

Litteræ soltani Amurathis ad regem Stephanum Bathorium per Joannem Sieniawski nuntiatoriæ de pactis confectis. Anno 1575.

Amurat III, od 1574 do 1595.

Imperator Turcarum conqueritur regi Poloniæ de ovibus abductis Hano Tartarorum. Anno 1577.

Amurathis imperatoris Turcarum fœdus cum Stephano rege per

Joannem a Sienno castellanum Haliciensem constitutum ad vitam utriusque, in quo nihil speciale adjectum, nisi quod incursiones Tartarorum Turca pollicetur se Tartaris prohibiturum, et si quid damni ex parte Tartarorum illatum fuerit, ut mandato suo constituatur jusjurandum, et de Moldavia etiam cautio est; illud præterea appositum, ut quidquid rex ex Moschovia, aut alicujus principis christiani ditione ceperit, id hoc fœdere constituatur. Anno 1577.

Litteræ Bassæ cujusdam ad Sigismundum III regem Poloniæ intuitu regni ejus post captum Maximilianum. Sine data.

Bassa Jussuf significat Sigismundo III regi Poloniæ scripsisse Portam ad sandziacum Białogrodensem, et ad Hanum Tartarorum ratione pascuorum. Item scripsisse ratione rerum morte Stephani regis Hungariæ derelictarum ad Bathorium, ut sciat de his litteris rex. Anno 1580?

Mylna data : Zygmunt III dopiero 1587 królem obrany.

Inter Sigismundum III et Amurathem Turcarum imperatorem, per Zamoyscium pocillatorem Łomzensem fœdus sancitum. Pax utrinque stabilitur, et contra hostes societas, captivi tempore anteactarum injuriarum et incursionum libere dimittantur, exceptis iis qui aut jam baptizati aut Turcicam religionem professi sunt, mercatoribus quo velint proficiscendi sit potestas, et ubique locorum liberum mercaturæ exercitium, bona eorum nullo modo in fiscum redigantur, sed successoribus eorum cedant, injuria affectis justitia in loco delicti administretur, et damna solvantur, et si aliqua magna illata fuerint, tunc utrinque commissarii destinentur ad cognoscendum. Tartarus nulla damna regno inferat, donaria illi solvantur, si quid is admiserit mandato imperatoris restituat. Palatini Moldaviæ et Valachiæ eodem fœdere continentur, damna nec ille regno inferat, neque illi inferantur, et si quid admiserit etiam jussu imperatoris sine mora restituat. Profugi inimicitias seminantes inter regem Poloniæ et imperatorem Turcarum captiventur et extradantur, captivi tali pretio redimantur quali sunt empti a mercatoribus. Nuntios utrinque venientes in finibus destinati ad hanc rem quam honorificentissime excipiant et deducant. Latrones, fures captiventur et extradantur, falsi testes non audiantur. Præfecti et custodes finium transitum hostibus regni trans Boristhenem non permittant, pastores ovium pascua in campis pretio emant, a nuntiis equi non accipiantur neque Janczaris. Belli tempore palatini Valachiæ et Moldaviæ cum rege Poloniæ pacem et bonam amicitiam colant, mercatores solito itinere proficiscantur cum mercibus, consuetum

tantum vectigal ab illis exigatur, pro alienis debitis mercatores respondere non teneantur. Anno Christi 1591.

Litteræ Vesirii Bassæ magni Machmet ad Sigismundum III regem Poloniæ, tempore belli Michałoviensis, de dato vexillo Simoni, fratri Jeremiæ, palatino Moldaviæ, in locum defuncti patris ejus creato. Anno 1591?

Same wyrazy treści tego listu, *tempore belli Michaloviensis*, datę jego rok 1600 wskazują; bo w tym właśnie roku Jan Zamojski, jak świadczy Piasecki, Jeremiasza Mohiłę i brata jego Szymona, przez Michała wojewodę wołoskiego wygnanych, pierwszego na multańskie, drugiego na wołoskie hospodarstwo poraz drugi wprowadził.

Litteræ Bassæ Mustafæ ad eundem regem in eadem materia. Anno 1607.

Litteræ Vesirii ad eundem regem quibus expostulat ne transitum per ditiones suas rex Poloniæ permittat in Transilvaniam, Valachiam et Moldaviam. Anno 1614.

Skinder Bassa significat Sigismundo III ex castris ad fluvium Boża, se magnis injuriis principis Korecki adductum movere exercitum contra illum. Anno 1614.

Samuel xiążę Korecki, potomek Konstantego Butawy Olgierdowicza, poślubiwszy Katarzynę, córkę Ieremiasza Mohiły, teściowi wraz z Janem Zamojskim i innymi Multany 1600 odzyskał; ubijając się powtórnie z Turkami, dostał się 1617 do niewoli, z której się wymknął 1618 do Rzymu; pod Cecorą 7 października 1620 znowu pojmany i 1622 zamordowany.

Osmanus imperator Turcarum pollicetur fœdus cum Sigismundo III se conservaturum, si satisfactum sit ex parte regis Poloniæ conditionibus die 11 junii Varsaviæ redditis. Anno 1618.

Osman I, od 1617 do 1622.

Litteræ Bassæ Caimacan Machmet ad Sigismundum III regem per Nicolaum Korycki, quibus præmissa assecuratione pactorum observantiæ, requirit ut a Kozacis securitas provideatur, in eosque animadvertatur significat. Item destinatum esse Skinder Bassam ad excitandum arcem utrique parti necessariam in trajectu Tugan dicto, quod non offendat regem, cum id nullum præjudicium allaturum sit, sicut et præterito. Anno 1618.

Capitan Bassa a Sigismundo III petit extradendum quemdam captivum. Anno 1620.

Vesirius Hussein Bassa per principem Zbaraviensem nuntiat de pactis fœderibus. Anno 1623.

Krzysztof xiążę Zbarażski w Multanach 1600, pod Chocimem 1621, poseł do Stambulu 1622, umarł 1627. Na bracie jego Jerzym zmarłym 1631 dom Zbarażskich wygasł, dobra przeszły do Wiśniowieckich.

Pacta inter Mustafam imperatorem Turcarum et Sigismundum III regem Poloniæ per ducem in Zbaraż præfectum stabuli regni, his conditionibus. Confinia ab incursionibus Kozakorum sint tuta, et nemo Kozakorum in Ponte Euxino compareat, idem societatem cum Moschoviticis non ineant; alias, si auxilia illis darent, puniantur. Similiter imperator securitatem a Tartaris regno cavet; transitum hostibus regni ad civitatem Kioviæ impediant, quod si neglexerint, puniantur; donarium Hano Tartarorum rex exsolvat in civitate Jassy, ille vero suos ab excursionibus arceat, et requisitus subsidia regno ferat; ad bellum jussu imperatoris profecturus, ne fines regni attingat, sed solitis passibus transeat; Tartari terram Valachiæ non incolant. Captivi absque omni mora dimittantur, damnaque regno resarciantur. Si contigerit imperatorem Turcarum movere arma contra christianum aliquem principem, rex Poloniæ nulla subsidia hostibus Turcarum ferre et præstare tenetur. Transfugæ mutue reddantur, commercia libera et secura sint, navigantibus fluvio Tyra ad portum prope Białogrod liber sit transitus. Palatini Valachiæ fideles se erga reges et regnum Poloniæ pro more antiquo exhibeant. Captivi, qui non transierunt ad fidem Turcicam, eodem pretio redimantur, quo ipsi mercatores emerunt. Legati et nuntii mutui sine litteris passus secure et libere commeant. Derelicta mercimonia post decessum mercatorum fisco non sint obnoxia, sed successoribus eorum restituantur; intuitu alienorum debitorum mercatores per repressalia injuriam non patiantur. Justitia administretur a præfectis et custodibus finium, hostibus regni non permittatur transitus trans Boristhenem, exceptis mercatoribus. Telonea non augeantur sed pro more solvantur. Datum 20 aprilis, anno 1623.

Mustafa I wstąpił na tron po Achmecie 1 roku 1617, i tegoż roku zrzucony; po zabiciu Osmana 1622 znowu na tron wzięty i roku następującego także od Janczarów zabity.

Pacta cum imperatore Turcarum Amurathe anno 1624 per ducem in Zbaraż præfectum stabuli regni conclusa, per Christophorum Serebkowicz in polonicum translata, in pixide rubra laminea posita. Anno 1624.

Amurat IV, od 1623 do 1640.

Ide pacta aureis litteris scripta, per Serebkowicz interpretem regium in anno 1624 allata, cum hac adjectione quod ista superius specificatis, per ducem in Zbaraż allatis, sint meliora in partem reipublicæ, subscripta per præfatos commissarios ad archivum deputatos, in pixide laminea similiter asservata.

Articuli fœderis in castris ad Crimina conclusi per Mustafam Bassa, et per imperatorem Turcarum approbati, cum inscriptionibus eorundem commissariorum qui supra in anno 1624.

Amurathes imperator Turcarum a rege Poloniæ expostulat, ut Szach Gereium Hanum officio suo privatum, profugum in fines Poloniæ extradat, et Kozaci qui ipsi adhærent puniantur. Anno 1626.

Solimani Bassæ litteræ ad cancellarium sine data et nomine de rebus Ukrainensibus, tempore belli Prussici. Anno 1627.

Capitan Bassa domino Leszczyński, cancellario regni, nuntiat se esse ducem exercitus ad Białogrod ad compescendas insolentias. Anno 1628.

Wacław Leszczyński, kanclerz wielki koronny, zmarły 1628.

Litteræ Amurathis soltani ad Sigismundum III regem per dominum Krasiński de privatione et pœna Beglerberdy, ob cujus negligentiam excurrerunt Tartari in fines regni Poloniæ; facit etiam mentionem de latronibus in Poloniam transfugis. Anno 1628.

Caimacani Radzieszt Bassæ litteræ ad regem per eundem Krasiński allatæ Varsaviam. Anno 1628.

Amurathes soltanus denuntiat regi Poloniæ de obitu Bethlen Gabor, principis Transilvaniæ, et restitutione imperii Istffan Bethlen, postulatque ut nemini contra eundem Istffan moliendum per Poloniam transitus in Transilvaniam pateat, aut ipse rex Poloniæ sub disruptione pacis et fœderis subsidia aliqua contra ipsum ferat, 1630.

Litteræ Vesirii Murat Bassæ per Ali Agam reverendo domino Zadzik cancellario regni primis diebus februarii allatæ, quibus urget Kozakos e suis *polankis* alias *z ostrow* ejiciendos esse, alias semper fore occasionem disrumpendorum fœderum. Imperator Turcarum facilius possit Tartaros, quam Kozakos rex Poloniæ continere. Anno 1631.

Jakub Zadzik po Wacławie Leszczyńskim kanclerz wielki koronny, umarł biskupem krakowskim roku 1640.

Ali Bassa testatur regi Poloniæ imperatorem Turcarum bonam amicitiam cum ipso conservaturum esse, dummodo Kozaci modeste se gerant. Anno 1631.

Litteræ Radzieszt Bassæ Caimacani imperatoris Turcarum ad reverendum dominum Zadzik, cancellarium regni, per Hussein Agam, quibus significat quod pacta quorum causa missus est Piaseczyński ad Portam confirmabuntur, si conditionibus ante sancitis satisfactum fuerit, quarum præcipua est Kozakos de *polankis* alias *z ostrow* ejiciendos esse. Anno 1631.

Litteræ Dziaffer Bassæ capitanei ad reverendum dominum Zadzik, cancellarium regni, ut persuadeat regi ejectionem Kozakorum e suis *polankis*. Anno 1631.

Amurathes imperator Turcarum, per Hussein Agam una cum Alexandro Piaseczyński, conqueritur contra Kozakos ob damna per eos illata, postulat item ut Tartaro donaria mittantur, et ut nulla circa Transilvaniam, Valachiam, Moldaviam arma, ac hostilitas attentetur. Anno 1631.

Litteræ Muratis Bassæ ad reverendum Zadzik cancellarium regni de novo extructis *polankis* dictis, ut deportentur; alias ipse Turcarum imperator paratus est cum exercitu suo illas funditus demoliri, hoc pacto pacem firmam cum rege stabiliturum esse. Anno 1631.

Imperator Turcarum per Hussein Agam mittit regi Poloniæ pacta firmata pacis cum subscriptione et sigillo Machmet Bassæ Vesirii, cujus conditio specialis est, ut Zaporovienses Kozaci illinc ammoveantur, et in visceribus regni collocentur, ne amplius dominiis Turcarum noceant. Anno 1631.

Litteræ Caimacani imperatoris Turcarum Radzieszt Bassæ per Hussein Agam aulicum suum ad regem Poloniæ, in quibus significat de Piaseczyński, quibus mediis operam dabat ratione confirmandæ pacis cum Porta, et quod minus est necessaria renovatio pactorum, dummodo antiqua observentur; de conditionibus, quas per Piaseczyński in scripto mittet, facit nihilominus mentionem. Anno 1631.

Litteræ imperatoris Turcarum ad Vladislaum IV regem, quibus denuntiat fuisse apud illum oratorem regni Alexandrum Trzebiński, succamerarium Leopoliensem, pro confirmatione pacis et amicitiæ, eamque ipsum obtinuisse, si coloniæ productæ in vicinia ditionis Tartaricæ devastentur, hano honorarium solvatur, Kozacis, irruptiones ne fiant in posterum imponatur, quod ut ei certius constet, instat ut sibi per Adrinum Agam Vienna per regnum Poloniæ redeuntem declaret rex an id tenere velit. Anno 1634.

Alexander Trzebiński, naprzód pisarz a potem podkomorzy lwowski, bronił Smoleńska, posłował na sejmy 1623, 1626, na konwokacyą 1633, na koronacyą 1634, zkąd w poselstwie do Stambułu wyznaczony.

Litteræ Bayrani Bassæ ad Vladislaum IV regem Poloniæ in eadem

materia, et quod idem legatus honorifice apud Portam sit acceptus. Anno 1634.

Ejusdem litteræ ad reverendum Zadzik, cancellarium regni, per Alexandrum Trzebiński oratorem regis Poloniæ. Anno 1634.

Litteræ Bassæ Mustafæ ad Vladislaum IV regem Poloniæ, ut *polanki* tollantur Kozakorum, eorum incursiones arceantur, 1634.

Ejusdem ad eundem contra Cantimirum, ne illi fides detur, 1634.

Litteræ Bassæ Murzan ad reverendum Zadzik, cancellarium regni, per oratorem Jacobum Zieliński, ut Kozaci in officio contineantur propter conservationem pacis et fœderis. Anno 1635.

Litteræ Bayrani Bassæ ad eundem per supra nominatum Zieliński in eadem materia. Anno 1635.

Litteræ Amurathis imperatoris Turcarum ad Vladislaum IV per Jacobum Zieliński, pocillatorem Braclaviensem, in quibus pacem ratam fore pollicetur, si juxta pacta Solimani Kozakorum insolentia coercebitur, vicissim securitatem a Tartaris pollicetur. Anno 1635.

Ejusdem ad eundem per eundem pocillatorem Braclaviensem, quibus declarat si Kozaci in Nigrum mare descenderint certum bellum fore. Anno 1635.

Induciæ imperatoris Turcarum soltani Amurathis cum Vladislao IV rege Poloniæ per Jacobum Zieliński pocillatorem Braclaviensem allatæ, et in senatu redditæ. Anno 1635 conscriptæ per commissarios supra præfatos sine interpretatione.

Vesirius Machmet Bassa Vladislao regi declarat suam promptitudinem, et benevolentiam apud imperatorem Turcarum testatur, dum venerit legatus magnus pro confirmatione amicitiæ et fœderis pacti. Anno 1636.

Litteræ Ali Bassæ, filii Beglerbeygi Romellæ, gubernatoris Constantinopolitani, post decessum Amurathis imperatoris Turcarum ad bellum persicum, quibus declarat omnem amicitiam, quousque non fuerit contraventio fœderis pacis. Anno 1638.

Litteræ Amurathis imperatoris ad Vladislaum IV regem Poloniæ post reditum Babyloniæ. Anno 1638.

Ejusdem quibus eidem significat se cepisse Babylonem, 1639.

Litteræ vesirii Beglerdlerbi ad regem Poloniæ, quibus significat se occupasse Babylonem per imperatorem Turcarum. Anno 1639.

Induciæ imperatoris Turcarum per Machmet Agam approbatæ, post reditum oratoris Poloniæ Alberti Mieszkowski succamerarii Leopoliensis. Anno 1640.

Litteræ Mustafæ Bassæ ad regem Vladislaum IV per Osmanum Czausium. Anno 1641.

Ibrahim soltanus imperator Turcarum per Osmanum Czausium declarat regi Vladislao IV fore a sua parte firmitatem pactorum et amicitiæ, dummodo Kozaci modeste se gerant et ab incursionibus abstineant, vicissim promittens se Tartaris omnem incursionem inhibiturum, mercatoribus libera commercia et mercimonia sine omni censu permissurum, captivis liberum reditum in Poloniam concessurum, et palatinis Valachiæ mandaturum ne mercatores ultra consuetudinem onerent, verum monetam argenteam falsam ne importent, et præcipue imperiales unius floreni. Anno 1641.

IBRAHIM, od 1640 do 1655.

Litteræ Mustafæ Bassæ ad Petrum Gembicki cancellarium regni, de compescenda insolentia Kozakorum. Anno 1641.

PIOTR GĘBICKI, biskup przemyski i kanclerz wielki koronny od 1638 do 1648, umarł biskupem krakowskim 1657.

Ejusdem litteræ ad eundem cancellarium regni. Anno 1644.

Litteræ capitani bassæ ad magnum ducem Koniecpolski ratione insolentiæ Kozakorum. Sine data.

STANISŁAW KONIECPOLSKI po śmierci Żołkiewskiego objął wielką buławę, którą piastował przez lat dwadzieścia sześć, umarł roku 1648.

Litteræ Amurad Bassæ, præfecti et custodis riparum Danubii ad Stephanum Chmielowski. Sine data.

Litteræ Mustafæ czaus ad cancellarium regni per dominum Broniowski de rebus Polonicis, et de conferentia cum hano Tartarorum, de litteris pactorum.

Litteræ caimacani vesirii Mustafæ Bassæ ad ducem in Zbaraż legatum magnum, quibus monet ut pacta constituta recenter in toto serventur, instatque ut mercimonia post decessum cujusdam mercatoris Mahometani in Polonia relicta reddantur. Allatæ sunt hæ litteræ per Serebkowicz, anno 1660 in februario, subscriptæ per prædictos commissarios.

Litteræ ejusdem ad reverendum dominum procancellarium regni de pace conclusa, et quod pro majori ratificatione ejus imperator mandavit hano Hadżigerey, ut omnibus incursionibus abstineat, amicitiam colat, sicut et Porta eam servatura est, quousque non contravenietur, Kozaci in protectionem Portæ accepti a Polonis non infestabuntur, pax ab imperatore cum Moschis conclusa Polonis præjudicio non erit.

Litteræ imperatoris Turcarum ad Joannem Casimirum regem Po-

loniæ cum pactis per Hieronymum Radzieiowski ad Portam inchoatis, per Franciscum vero Wysocki pincernam Sochaczoviensem et secundarium legatum in anno 1667 determinatis allatæ. Hic reperiuntur interpretationes aliquæ, quarum primæ interpretationis essentia talis est : narratur tractatus prædictorum subsequentium post se legatorum, et conditiones pacis conclusæ cum regno Poloniæ ad normam pactorum cum prædecessoribus imperatoris moderni Turcarum, præcipue vero cum Ibrahim soltano avunculo ejusdem moderni imperatoris, fit mentio prouti Hadżigierey pacem et amicitiam cum regno Poloniæ colat; declaratur item Kozakos, quoniam ad protectionem imperatoris recurrant, a jurisdictione reipublicæ Polonæ jam eximi; additur ut respublica amicitias cum amicis Portæ, inimicitias cum inimicis Portæ habeat; et pro conclusione declaratur tam diu hanc pacem firmam fore, quamdiu respublica Polona non contravenerit. Alterius vero interpretationis sensus hic : scribit vesirius ad cancellarium supremum regni denuntians de pace cum imperatore suo hac conditione, ut fœdus cum duce Moschoviæ rumpatur, et bellum contra eum geratur, ne Kozaci jam sub jurisdictione imperatoris manentes ullo prætextu a rege et republica infestentur. Tertia demum interpretatio docet caimacanum scribere ad..... quod vesirius ad cancellarium. Anno 1667.

Mahomet IV, od 1655 do 1687. Hieronim Radziejowski, który Szwedów na Polskę naprowadził, po ich ustąpieniu z kraju przypuszczony znowu do łaski królewskiej, i w poselstwie do Turcyi wyprawiony, umarł w Konstantynopolu 1666. Jan Leszczyński, wielki kanclerz koronny po Mikołaju Prażmowskim, który roku 1666 na arcybiskupstwo gnieźnieńskie postąpił.

Pacta soltani Machmet imperatoris Turcarum Andrianopoli conclusa, et post mortem Hieronymi Radziejowski legati extraordinarii, per Franciscum Wysocki pincernam Sochaczoviensem ejusdem legationis secretarium allata, et in senatu regi et statibus regni Poloniæ tradita Varsaviæ in octobri, quorum talis essentia : scribit præfatus imperator se pacta ad normam soltani Ibrahimi avunculi sui concedere regno Poloniæ, securitas ab utrinque hominibus tam imperii quam regni cavetur, donativum magno hano Tartarorum juxta antiquam consuetudinem et pactum cum Islam Gierey factum reddi a Polonis debet, pro quo Tartari requisiti suppetias eis ferre tenentur, proficiscentesque ad bellum ex mandato imperatoris Turcarum ditiones Poloniæ transeundo non infestabunt; captivi si qui reperti fuerint, sine litro restituantur libertati, nec in Turcicis ditionibus vendantur emanturque; Kozaci ab incursionibus abstineant, et si qui licentiosi fuerint puniantur; Tartari si qui in Polonia

captivi inventi fuerint, liberi dimittantur; suppetias nullas hostibus imperatoris Turcarum rex et respublica Polona dabit, neque colligere exercitum in suis provinciis permittet; transfugæ utriusque partis non recipientur; commerciorum securitas mutua præcustoditur; palatinus Valachiæ durante hac pace fidem et amicitiam juxta veterem consuetudinem cum regibus et regno Poloniæ servabit, pariter et imperator Turcarum ; quicunque sub tempus præteritæ revolutionis capti sunt, in religione sua perseverent, reposito litro liberi dimittantur; nuntii, mercatores tam mari quam terra commeantes liberos passus habebunt, et si qui in ditionibus regni fatis cedent, delictæ merces non retinebuntur, sed successoribus, aut si quæ ad fiscum imperatoris pertineant, fisco eidem restituentur; injuriatis justitia sine mora administrabitur; fures et prædones punientur, itinerantibus Polonis mercatoribus Janczari etiam tempore belli equos non rapient, iidem tamen mercatores teloneum solvere debebunt. Hæc pacta ad tempus vitæ imperatoris firma erunt, nisi rex Poloniæ contravenerit. Anno 1667.

Litteræ Turcicæ sine interpretatione sex in numero.

Litteræ Turcicæ itidem sine interpretatione subscriptæ per Joannem Tarnowski archiepiscopum Leopoliensem, Nicolaum Oborski episcopum Laodicensem suffraganeum Cracoviensem, Michaelem Zebrzydowski ensiferem regni, commissarios ad archivum.

Jan Tarnowski, arcybiskup lwowski od 1654 do 1669. Mikołaj Oborski, biskup laodicejski, zmarły 1689. Michał Zebrzydowski, miecznik koronny, wojewoda krakowski 1667, tegoż roku umarł.

Fasciculi quinque sub titulis : Interpretationes litterarum Turcicarum originalium, quæ sunt certiores quam aliæ sub numeris 1, 2, 3, 4, 5. Anno 1682.

LITTERÆ TARTARICÆ.

Pacta inter hanum Tartarorum Crimensium et Sigismundum regem Poloniæ, quibus se mutuo obligant, rex Poloniæ solvere titulo donativi hano Tartarorum quindecim millia florenorum duabus ratis, unam ad festum Pentecostes ex thesauro regni Poloniæ, alteram pro festo S. Martini ex thesauro magni ducatus Litvaniæ,

hanus vero Tartarorum obligat se in perpetuum cum filiis et successoribus suis contra omnes hostes præsto futurum regi cum tali numero qualem designabit rex Poloniæ. Pacta hæc scripta sunt sine data.

Umowę tę zawarł król Zygmunt z Mengli Gerejem roku 1507, a z synami jego w Wilnie 1511 ponowił. Gdy Tatarzy wziąwszy pieniądze roku następującego na Ruś halicką wpadli i bitwę przegrali, zobowiązali się znowu za też summę Polskę i Litwę przeciw Moskwie posiłkować.

Item sanciunt ut mercatores liberum commeatum habeant, et injuria affectis ut justitia administretur.

Item inter eosdem pacta. Anno 1514.

Fasciculi litterarum Tartaricarum variis idiomatibus scriptarum sine interpretatione. Anno 1582.

Pacta Boledargerii hanus Tartarorum cum rege Poloniæ confirmat. Anno 1590.

Litteræ a hano Tartarorum Ghazy Gereio ad Sigismundum III regem Poloniæ per Bronikowski allatæ. Anno 1592 sine interpretatione.

Ejusdem filii Ghazy Gerei sine interpretatione.

Item litteræ sine titulo et interpretatione.

Litteræ binæ ad cancellarium regni Poloniæ sine interpretatione.

Fœdus inter Sigismundum III regem Poloniæ et Ghazy Gereium hanum Tartarorum per Nicolaum Kossakowski confectum et allatum, quo a Tartaro amicitia conservanda regi et regno Poloniæ promittitur. Item quod fines regni usque ad mare Nigrum non sit infestaturus, hostibus regi ac regno inimicus futurus, per ditiones regni cum exercitu non profecturus, contra Moschos et alios hostes auxilium laturus, et eos jussu regis oppugnaturus. Ex parte regis similiter Tartaricis ditionibus damna non inferantur. Erga Jeremiam palatinum Moldaviæ et successores ejus amicitia conservetur. Quemadmodum Mengli Gierey cum esset a rege accitus, honorifice a rege habitus fuit, et cum exercitu dimissus, ita ut modernus hanus, si in servitiis regis fuerit, tractetur. Mercatores soluto vectigali libere commeent, neque injuria afficiantur, damna illata compensentur. Ratione subsidii quod Tartarus contra hostes regis se laturum pollicetur, rex donaria solvat, partim pecunia parata, partim in mercibus, easque Białogrodum remittat. Datum die 8 octob. 1599.

Litteræ hani Tartarorum ad regem Sigismundum III, quibus denuntiat Szachingierey ob rebellionem dejectum esse a Porta de principatu Tartarico. Anno 1618.

Dżanibek, han Tatarów, od 1610 do 1623.

Ejusdem litteræ ad eundem oppugnantem Smolenscum, quibus denuntiat mittere se ipsi filium suum in suppetias, et rogat debita honoraria per legatum sibi mitti. Anno 1633?

Data mylna; bo Zygmunt III roku 1632 żyć przestał, a Smoleńska 1611 dobył.

Hadżanbogierey cum rege Poloniæ fœdus pacis confirmat, 1636.

Litteræ soltani Gałgæ ad regiam majestatem, quibus contestatur bonam amicitiam, et liberum passum legatis et mercatoribus concedit. Anno 1636.

Litteræ Ismangierey Gałgæ Crimensis ad regiam majestatem in simili materia. Anno 1640.

Litteræ soltani Crimensis ad regiam majestatem in simili materia conferendæ pacis et amicitiæ. Anno 1640.

Pacta Joannis Casimiri regis et reipublicæ Polonæ cum Machmet Gierey hano Tartarorum per Marium Jaskulski in anno 1654 conclusa et allata, quorum interpretatio docet mitti regi a hano auxiliares copias, vicissimque postulari ut rex exercitum suum cum iis conjungi faciat, contra Moschum ab utrinque jurejurando fides obstringitur, ex parte hani cavetur ut si terras Moschorum subjectas sibi fecerit, omnes Mahometanæ provinciæ Nahaiensisque ipsi cedant, rexque aut quis Polonorum iis sese non immisceat. Item consueta donaria Tartaris tempestive a rege Camenenciam quotannis mittantur, pro quibus hanus suum legatum mandabit. Rex et hanus reciproce contra omnes hostes sibi assistant, mercatoribus in utriusque ditionibus liber transitus sit, Kozacis rebellibus si humiles ad obedientiam regis redierint, venia detur. Sequitur item jusjurandum tam pro se quam pro soltana Nuredolina, et pro omnibus soltanis Crimensibus, Beys, etc., etc.

LITTERÆ PERSICÆ.

Litteræ a rege Persarum ad regem Poloniæ allatæ. Anno Domini 1624.

Litteræ a rege Persarum Szach dicto ad regem Poloniæ, quibus postulat ut cum Szachin Giereio hano Tartarorum fratre ejus bonam amicitiam colat.

Litteræ a rege Persarum ad Sigismundum III regem Poloniæ humanissime scriptæ. Pollicetur quod quemadmodum pater ejus rex Persiæ ipsum coluit, ita se quoque boni affectus et amicitiæ officia eidem exhibiturum esse. Allatæ Varsaviæ, die 21 aprilis, anno 1630.

LITTERÆ REGINARUM POLONIÆ.

Vladislaus rex Poloniæ Hedvigi uxori suæ nomine dotalitii dat jure advitalitio terras Cujaviæ et Russiæ. Datum Cracoviæ, die Conversionis S. Pauli, anno Domini 1396.

Idem Sophiæ reginæ consorti suæ assecurat dotem in terris, castris et oppidis Radomiensibus, Sandecensibus, Biecensibus, Korczynensibus, Żarnoviensibus. Datum Cracoviæ, ante Invocavit, anno Domini 1424.

Vladislaus rex Poloniæ, et electus Hungariæ, pollicetur bona quæcunque Sophia mater sua nomine dotis et dotalitii tenet, et quæcunque spectant ad procurationem generalem Cracoviensem, nemini se obligaturum, neque alienaturum. Varsaviæ, ante Judica, anno Domini 1440.

Casimirus rex Poloniæ omnia jura, litteras, donationes, concessiones Sophiæ matri suæ per Vladislaum genitorem, et Vladislaum fratrem suos, ratione dotis et dotalitii, et alias ex quacunque causa et occasione emanatas, ad vitam vel in perpetuum concessas confirmat. Petricoviæ, in crastino SS. apostolorum Petri et Pauli, anno Domini 1453.

Idem cedente Sophia regina de oppido Nieszawa juri suo reformationis obnoxio, videlicet quod prædictum oppidum in ..... Thorunensium regno unitorum transferretur, hanc concessionem juri matris suæ nocere non debere declarat, atque in locum Nieszawa oppidum Pyzdry cum teloneo Radzieioviensi et Præmisliensi illi assignat. Cracoviæ, ante dominicam Invocavit, anno Domini 1454.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Pol.*, t. 11, pars 2 p. 898.

Idem Elisabethæ uxori suæ quinquaginta millia marcarum in zuppis Bochnensibus et Vielicensibus quotannis pendentium assignat. Datum in loco campestri exercituum prope Chełmno, anno 1458.

Casimirus rex Poloniæ Elisabethæ consorti suæ centum millia florenorum hungaricalium reformat in oppidis novæ civitatis Korczyn, Żarnowiecensi, Vislicensi, Radomiensi, Chencinensi, Radoszycensi, Lanciciensi, Prædecensi, cum Kłodawa, Koninensi, Pyzdrensi, idque tali conditione ut si regina regi præmortua fuerit, dos ad regem devolvatur, si vero supervixerit illa, de dote disponendi habeat facultatem. Datum in Korczyn, anno Domini 1461.

Alexander rex Poloniæ cum consensu matris suæ donat Elisabethæ sorori suæ ad vitam, seu donec nupserit, præfecturas Lancicienses, Radomienses, et Prædecenses, ac præterea villam Zielonki in terra Cracoviensi, et domum lapideam in castro Cracoviensi per Joannem Albertum regem in usum matris suæ ædificatam. Die S. Leonardi, anno Domini 1501.

Idem eidem donat duodecim marcas ex salinis Vielicensibus singulis septimanis persolvendas. Anno 1504.

Elisabeth regina filiæ suæ Elisabethæ partem dotis suæ videlicet quadraginta millia aureorum hungaricalium privilegio de data Cracoviæ, feria quarta post festum SS. Tiburtii et Valeriani, anno 1505 inscribit in bonis Korczyn, Vislicensibus, Żarnoviecensibus, Lanciciensibus, Prædecensibus cum Kłodawa civitatum et villarum eo pertinentium, quod Alexander rex in omnibus approbat. Datum in Radom, feria tertia Rogationum, anno Domini 1505.

Sigismundus rex Poloniæ reginæ Bonæ consorti suæ donat annuum proventum duo millia florenorum in salifodinis Bochnensibus et Vielicensibus ad vitæ ejus tempora. Datum Cracoviæ, ante festum S. Viti, anno 1521.

Idem eidem bona Łobzow cum attinentiis in vim dotis et contradotis inscribit. Petricoviæ in conventu generali, anno 1528.

Sigismundus rex agnoscit se in redimendis bonis castri et oppidi Rogozno summam decem millium quingentorum florenorum hungaricalium ex thesauro reginæ Bonæ acceptam exposuisse, quam summam eidem reginæ in bonis supra scriptis assecurat. Datum Cracoviæ, feria tertia post festum Nativitatis B. V. Mariæ, anno 1530.

Idem concessam ante octo annos reginæ Bonæ facultatem eximendi bona regalia approbat, exemptaque bona illi adjicit, et ut reliqua omnia redimere possit dat plenam potestatem. Datum Vilnæ, 25 junii, anno 1530.

Idem testatur castrum et civitatem Wielun cum oppido Radom, ac villis eo pertinentibus, summa septem millium octingentorum quinquaginta sex florenorum hungaricalium in auro ex thesauro Bonæ accepta se redemisse, ac proinde eadem bona illi oppignorat. Datum Cracoviæ, post Invocavit, anno Domini 1531.

Idem testatur reginam Bonam redimendo oppidum Lezaysko et advocatiam Bierzeyce sex millia trecentos sexaginta florenos exposuisse, totamque eam pecuniam in præfatis bonis assecurat. Datum Vilnæ, anno 1532.

Possessores bonorum reformatialium jurant Elisabethæ? reginæ. Datum Vilnæ, ultima martii, anno 1535?

Tak nazwanej królowej w Polsce tego roku nie było. Elżbieta, żona Kazimierza, umarła 1505. Elżbieta, żona Zygmunta Augusta, zaslubiona dopiero 1543.

Sigismundus rex testatur reginam Bonam conjugem suam vestem, mundum, muliebria ornamenta, variique generis supellectilia ita late copiosa in regnum intulisse, ut non illi modo sed et pluribus potentibus reginis sufficere potuerint; quare de insimulatione usurpationis sibi aliquid de ornamentis, etc., per reginam Barbaram relictis, silentium imponit, reginamque Bonam hac suspicione liberat, tum omnia quæcunque secum advexit et possidet alienandi tanquam res suas proprias potestatem concedit. Datum Cracoviæ, 29 junii, anno Domini 1538.

Sigismundus rex castra et oppida, quæ regina Bona hypothecæ nomine in regno habet, eo jure fore decernit, ut præfecti sint nobiles Poloni, regno jurati. Quod si Sigismundus Augustus sine prole decesserit masculina, summæ præfatæ ad filias devolventur, eximendæ per reges Poloniæ, vel per eos quibus illi potestatem id faciendi dederint. Datum Cracoviæ in conventione generali, sabbato ante dominicam Palmarum, anno 1540.

Basilius Michałowicz bona sua cum regina Bona commutat, 1543.

Bazyli, xiąże kowelski, Sanguszko, zamienił z królową Boną Kowel za Smolany, Obolce i Horwol.

Sigismundus rex reformationem reginæ Bonæ ex castris et bonis Sanocensibus, Sandecensibus, Biecensibus, Præmisliensibus, quibus in gratiam Elisabethæ Sigismundi Augusti conjugi cesserat, in terras, districtus et civitates ducatus Masoviæ transfert, ac duo millia aureorum eidem reformat. Datum Cracoviæ, ante Lætare, anno Domini 1544.

Idem significat se clœnodia sua reginæ Bonæ non dono sed ad conservandum dedisse, illaque ab ea per Sigismundum Augustum filium suum repetenda esse. Anno 1544.

Idem, quum regina Bona consors sua bona Sambor cum pertinentiis eorum de manibus Stanislai Odrowąż de Sprowa, summa novem decem millia centum octoginta novem florenorum eidem soluta, aliasque nonnullas villas de manibus quorundam nobilium prævio consensu regio eximisset, ita ut præfata aliæque summæ unam viginti quinque millia florenorum, ac viginti sex grossorum summam efficerent, eandem summam prædictæ consorti suæ approbat, nonnullasque villas eidem ad prædicta bona Sambor adjungit. Datum Cracoviæ, feria quarta post Reminiscere, anno Domini 1545.

Idem dat consensum serenissimæ reginæ Bonæ conjugi suæ redimendi omnes in regno advocatias et molendina quæ subjacent exemptioni. Cracoviæ, postridie Purificationis, anno 1547.

Sigismundus Augustus testatur parentem suum Sigismundum I omnia cimelia, sive clœnodia sua reginæ Bonæ donasse, ex quibus monile unum cum rubino eam sibi dedisse, et spinellam daturum promisisse, reliqua ut sibi tanquam sua reservet permittit. Cracoviæ die 11 junii, anno Domini 1548.

Idem renovat et confirmat pensionem annuam ex zuppis Cracoviensibus, nempe duorum millium florenorum singulis quartalibus solvendorum, a Sigismundo parente suo reginæ Bonæ matri suæ collatam. Cracoviæ, feria tertia post festum S. Bartholomæi, anno Domini 1549.

Inventarium rerum quas Catharina regina Poloniæ in mobilibus, auro, argento, mundo et veste muliebri secum attulit, conscriptum. Cracoviæ, die 8 augusti, anno 1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniæ, accepta a Ferdinando ratione dotis Catharinæ consorti suæ assignata centum millia florenorum rhenensium summa, in vim contradotis eidem consorti suæ obligat præfecturas suas Korczynenses, Vislicenses, Żarnoviecenses, Radomienses, Lancicienses, Biecenses, Prædecenses cum Kłodawa, teloneumque in Pyzdrensi, Inovladislaviensi, etc., districtibus, nec non teloneum in Radzieiow et Słońsko. Datum Varsaviæ, die S. Priscæ, anno Domini 1556.

Stephanus rex Annæ reginæ conjugi suæ præfecturas Bielscenses, Tykocinenses, Raygrodenses, Augustovienses, Łomżenses, Visnenses, ac prædia capitaneatus Varsaviensis in usumfructum suum donat. Datum Varsaviæ, die 17 februarii, anno Domini 1580.

Idem testatur quod regina Anna Varsaviæ in conventione generali

resignavit omnia bona sua, devolutiones et jura ordinibus regni Poloniæ. Anno Domini 1581.

Sigismundus III rex Poloniæ Annæ reginæ Caroli archiducis filiæ consorti suæ dotem quinquaginta millia florenorum in certis bonis reipublicæ reformat. Datum Varsaviæ, anno 1593.

Contractus matrimonialis inter Vladislaum IV regem Poloniæ et Ludovicam Mariam Mantuæ et Niverniæ principem, quo summa septingentorum millium scutorum in vim dotis assignatur, gallice scriptus. Anno 1645.

LITTERÆ BARENSES DISPOSITIONUM PRIVATARUM ET FAMILIARUM REGINÆ BONÆ.

Fridericus Siciliæ, Hierusalem, etc., rex, Isabellæ de Arragonia Sforcinensis ducissæ Mediolani, neptis suæ vero filiæ, ducatum Bari et terras Pali et Modunæ cum eorum castris, casalibus et fortalitiis in provincia Terrebatii, et civitatem Rossani, terrasque Borelli, Rossani et Longobuci cum earum casalibus et fortalitiis in provincia Calabriæ, per Ludovicum Mediolani ducem pro satisfactione summarum dotalitiarum centum triginta trium millium ducatorum de auro in aurum, et unius terni in commodum ducis ejusdem Ludovici conversorum, traditas et assignatas confirmat, et in majorem securitatem præfatarum summarum prænominatum ducatum Bari et civitatem Rossani cum titulo principatus, nec non terram Longobuci, etc., cum titulo comitatus prædictæ Isabellæ et successoribus cum plenissimo jure tenendi, habendi, disponendi, vendendi, jurisdictione spirituali et sæculari, officiales creandi, hoc solo jure recognitionis supremi dominii ab ipsa sibi reservato, dat, donat in perpetuum. Datum in Castello novo civitatis Neapolitanensis, die 10 aprilis, anno Domini 1500.

Fryderyk, z domu Aragońskiego, król Sycylii i Neapolu, wypędzony przez Ludwika XII i Ferdynanda Katolika, umarł we Francyi roku 1504. Izabella, córka Alfonsa króla Aragonii, żona Jana Galeacyusza Sforza, xięcia Mediolańskiego, otrutego roku 1494, matka królowej Bony, umarła roku 1526. Ludwik Morr, stryj Jana Galeacyusza, ojca Bony, umarł 1510.

Ferdinandus Castellæ, Arragoniæ, Siciliæ, Granatæ, etc., rex, eidem Isabellæ confirmat jus supra ducatum Bari, servata itidem sibi re-

cognitione supremi dominii et fidelitatis feudalis. In civitate Cæsaris Augusti, die 10 octobris, anno Domini 1502.

FERDYNAND II Katolik, król hiszpański i neapolitański, od 1474 do 1516.

Idem venditionem Casale Capurci terræ Bari a Gondisalvo Ferdinando de Consordia duce terræ novæ pro rege Siciliæ, ratione duorum millium ducatorum Isabellæ duci ejusque hæredibus cum pleno jure et dominio dispositione perpetua factam confirmat. Datum in oppido Metina del Campo, die 10 novembris, anno Domini 1504.

Idem rex eidem Isabellæ duci Casale Cheliarum provinciæ Bari per Joannem de Acramont et Nicolaum ejus filium utiles illius dominos possessum, et rebellione eorundem fisco regio incorporatum, dictæ Isabellæ occupatum donat, eidem et hæredibus ejus in feudum, infeudatque in perpetuum secundum usum et consuetudinem dicti regni masculis et feminis. Datum in oppido Metina del Campo, die 10 novembris, anno 1504.

Idem consulendo tranquillitati regni sui, juxta tractatus cum rege Francorum, pro terris Borelli et Rossani, civitatem Ostuni cum casalibus, castris et fortalitiis ac..... villæ novæ, nec non terram Oripsaliarum cum eadem Isabella commutat, eandemque investit, dando ipsi plenum jus et potestatem disponendi, vendendi, etc., reservato sibi nihilominus jure recognoscentiæ supremi dominii et feudi. Datum in castello novæ civitatis regiæ Neapolitanensi, die 15 januarii, anno 1507.

LUDWIK XII, król francuzki, od 1498 do 1515.

Idem centum quinquaginta septem ducatos, teruncium unum et grana septemdecem, excedentes introitum terrarum Borelli et Rossani, in commutationem introitus Ostuni, etc., assignat, dat, tradit, consignat duci Isabellæ in perpetuum jure feudali, super juribus suis focullariorum et salis Casalium, Cœliæ et Capurci in supplementum et pro æquivalenti ex cambio introituum et reddituum dictarum terrarum Borelli et Rossani existentium. Datum die 16 januarii, 1507.

Idem tradendo Francorum regi pro æquivalenti ex cambio Casale Capurci emptum ab Isabella, territorium Montis Serices de provincia terræ Bari cum omnibus pertinentibus et pleno jure dominii dictæ Isabellæ et hæredibus ejus dat, consignatque. Datum in civitate Cajetæ, die 7 junii, anno Domini 1507.

Joanna et Carolus ejus filius primogenitus reges Castellæ, etc., ea omnia Isabellæ duci confirmant quæ retroviventes reges. Datum in oppido Brusselanensi, die 30 aug., anno 1516.

JOANNA Waryatka, córka Ferdynanda i Izabelli, matka Karola V.

Litteræ Maximiliani imperatoris Romanorum, quibus omnes conditiones, et nexus contractus matrimonialis, inter Sigismundum regem Poloniæ et Bonam Sforziam, Joannis Galeasi et Isabellæ de Arragonia ducum Bari filiam initi, confirmat et ratificat. Datum in Nova Civitate, die 27 septembris, anno 1517.

Sigismundus rex Poloniæ Jacobo Fukier et ejus nepotibus dat quietationem de accepta summa quatuordecim millium quadringentorum undecim ducatorum in auro, ratione dotis residui ab Isabella Mediolani et Bari duce matre uxoris suæ sibi datæ. Datum Vilnæ, die 28 octobris, anno 1522.

Recognitio Antonii Luisani mercatoris ratione proventuum Barensium coram notario publico facta. Anno 1523.

Sigismundus rex et Bona regina Poloniæ, magni duces Litvaniæ, Barique principes, dant plenipotentiam omnimodamque facultatem et mandatum Nicolao Antonio Carmimano, et de Nola utriusque juris doctori, patritio Neapolitano, ducatus sui Barensis generali thesaurario, principatum suum hæreditarium Rossani, terram Longobuci et Casalium pro octoginta millibus ducatorum monetæ, secundum usum regni Neapolitani, principi Ferdinando de Arragonia duci de Montalto, affini et consanguineo suo vendendi. Cracoviæ, die 3 julii, anno 1531.

Iidem reges Aliphio et Jacobo thesaurario ducatus sui Barensis dant plenipotentiam principatum Rossani taxandi, vendendi, commutandi. Cracoviæ, die 2 decembris, anno 1532.

Iidem dant omnimodam facultatem Ludovico Aliphio juris utriusque doctori, et status sui Barensis locum tenenti, et Francisco Grosso juris utriusque doctori, auditori generali, permutandi principatum Rossani cum principe Bissignani Antonio de Severino pro civitatibus et terris Tricario, Miglionico, Serrisco et aliis. Cracoviæ, die 15 aprilis, anno Domini 1533.

Consensus seu plenipotentia Sigismundi regis Poloniæ et reginæ Bonæ Ludovico gubernatori status Barensis, Francisco Grosso, et Ludovico Aliphio, super venditionem principatus Rossani in personam ducis Castrovillari pro summa octoginta quinque millia ducatorum. Cracoviæ, die 15 aprilis, anno Domini 1533.

Joannes de Konary Cracoviensis et Joannes de Lubraniec Posnaniensis episcopi dant testimonium de Strzelce Stanislao decretorum doctori, clerico diœcesis suæ, a multis annis ante datam præsentium, et ante sui docturatus insignia, fuisse eum notarium auctoritate apostolica et imperiali creatum, et in hanc usque diem officium suum plena fide gerentem, qui adfuit et scripsit contractus matri-

moniales regis Sigismundi cum Bona de Arragonia, Mediolani, Barique ducissa ejusdem regis sponsa.

Jan Konarski, biskup krakowski, od 1503 do 1525. Jan Lubrański, biskup poznański od 1497, zmarły 1520.

LITTERÆ REGNI POLONIÆ.

Ludovicus rex Hungariæ et Poloniæ, postquam proceres regni non modo masculinam, sed et deficiente ea femineam etiam sibi prolem successuram concessissent, cavet nunquam coronam regni discerptum iri, liberatque Polonos ab omnibus exactionibus, excepta contributione duorum grossorum in signum supremi dominii, tum bello captos se exempturum, damnaque passis resarciturum pollicetur, arces tempore belli nobilitas restaurabit, tempore vero pacis rex, novas ubi opus fuerit cum subsidio nobilitatis construet, arces principales tantummodo terrigenis regni committet. Datum Cassoviæ, anno 1374.

Vol. Leg. I, fol. 55.

Dignitarii et nobilitas Majoris Poloniæ, inter quos nemo est ex episcopis, spondent pro episcopo Cracoviensi, palatinis et castellanis Cracoviensibus, Sandomiriensibus, Siradiensibus, et Lanciciensibus, ipsos obedientiam præstituros filiæ regis Ludovici, quæ pro hærede ipsis dabitur. Datum in Radomsko, post festum S. Catharinæ, anno 1382.

Vol. Leg. I, fol. 58.

Oratores videlicet Włodko capitaneus Lublinensis, Petrus Szafraniec de Piaskowa Skała subdapifer Cracoviensis, et alii proceres regni Poloniæ significant se nomine publico ad Jagiellonem ducem Litvaniæ missos ei regnum detulisse, atque Hedvigim reginam illi desponsasse, conventumque Lublini pro festo Purificationis cum præfato duce celebrandum statuisse, cui et oratoribus ipsius de securitate cavent. Datum in Wołkowysko, feria quinta infra octavas Epiphaniæ, anno 1386.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. III, p. 337.

Piotr Szafraniec, naprzód podstoli, potem podkomorzy krakowski w latach 1411, 1416, 1420, 1422, w legacyi 1396, dla odebrania hołdu xiążąt opolskich.

Vladislaus Jagiello jura ecclesiarum et sæcularium personarum confirmat, nemini extraneo arces se concessurum, dignitates vacantes terrigenis collaturum, de ducali genere descendentibus fortalitia commissurum, ceterasque alias libertates de bellica expeditione, item libertates a contributionibus quibusvis, exceptis duobus grossis, largitur. Datum Petricoviæ, sabbato ante dominicam Oculi, anno 1388.

Gniewossius hæres de Walewice promittit fidelitatem et obsequium Vladislo regi. Cracoviæ, die S. Joannis, anno 1394.

Żegota a Vladislao rege recognoscit se accepisse 600 ducatos, spondetque præsto esse regi, ubi voluerit. Anno 1420.

Instrumentum notarii publici testimonia trium testium de limitibus inter regnum Poloniæ et Novam Marchiam continens. Anno 1422.

Varsilius de Ostrow Vladislao regi Poloniæ et ejus filiis promittit sub juramento fidem et obsequium. Datum Gnesnæ, feria secunda proxima post octavas SS. Corporis Christi, anno Domini 1428.

Proceres regni Poloniæ cum consensu Alexandri alias Vitoldi ducis Litvaniæ, unum de filiis Vladislai, quem aptiorem judicaverint, se eo mortuo electuros, dummodo jura confirmet, pollicentur, contra alios qui hanc promissionem confringere, aut errores hæreticales fovere voluerint conspirant. Datum in Jedlna, sabbato ante Invocavit, anno 1430.

Vladislaus rex accepta cautione ab ordinibus regni alterutrum e filiis ipsius in regem et magnum ducem Litvaniæ ac Russiæ, quæ terræ post mortem Vitoldi in coronam devolvi debent, electum fore, omnes libertates ordinum regni, quas circa coronationem concesserat, iterum approbat ac auget. Datum in Jedlna, anno 1430.

Proceres regni Poloniæ ex consilio et consensu Alexandri alias Vitoldi ducis Litvaniæ, ejusque baronum et militum, unum de duobus filiis Vladislai regis electuros et coronaturos post mortem Vladislai præfati regis pollicentur, modo prius jura et privilegia tenenda juramento firmet. Datum in conventu generali, post Pascha, anno 1433.

Vladislaus rex similibus aliis litteris (nisi quod in iis Sigismundi Kieystuti filii ducis Litvaniæ ad vitam juri caveatur), confirmat jura regni Poloniæ et specialiter ducatum Litvaniæ et Russiæ hæreditaria successione ad coronam devolvi testatur. Datum Cracoviæ, feria sexta infra octavas Epiphaniæ, anno 1433.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Poloniæ*, t. I, p. 307. Vol. Leg. I, fol. 89.

Istud spondent iidem ordines regni in conventione Dobrinensi. Feria secunda die Conversionis S. Pauli, anno 1434.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 856.

Vladislaus rex nominat et statuit fidejussores pro filio suo Vladislao, cum posteaquam ad annos quindecim pervenerit, omnia jura a regibus concessa juramento confirmaturum, sub non præstanda obedientia tam illi quam sibi patri ejus, tutoresque ad dictos annos nominat. Datum Cracoviæ, anno 1434.

Proceres regni Poloniæ omnesque status confœderationem faciunt contra omnes juri et legibus refractarios, tam sæculares quam spirituales, eosque tanquam hostes patriæ declarant, et consurgendi contra eos exposcente necessitate legem sibi ponunt. Datum in nova civitate Korczyn, ipso die S. Marci, anno 1438.

Vol. Leg. I, fol. 140.

Vladislaus rex litteras a patre suo emanatas, donationesque quascunque servatas habiturum pollicetur. Anno 1438.

Idem omnibus statibus regni, omnia jura, privilegia approbat, promittendo nil se in contrarium facturum, nec a regno quidquam et singulariter terras Litvaniæ, Russiæ, Podoliæ, Moldaviæ, et quascunque alias alienaturum, neque earundem castra et fortalitia alicui extraneo commissurum esse. Datum Petricoviæ, anno 1438.

Idem omnia jura, privilegia, donationes statibus regni datas in omnibus punctis, ligamentisque se conservaturum et adimpleturum promittit. Datum Petricoviæ, anno 1438.

Idem libertates et jura regni a prædecessoribus suis collata confirmat. Datum Petricoviæ, anno 1438.

Proceres Majoris Poloniæ et Russiæ animadvertendo nonnullos errores ob teneram ætatem Vladislai regis, colligationem inter se faciunt, decernuntque se omnia incommoda damnaque regni propulsaturos. In nova Civitate, in conventione generali, die dominico S. Crucis in majo, anno 1439.

Vol. Leg. I, fol. 141.

Sigismundus dux Litvaniæ ad instantiam Vladislai III regis inserit litteris suis fœdus cum Jagiellone parente ipsius Grodnæ in anno 1434 initum, quo promittit regi et regno se auxilio futurum, regem et successores ipsius tanquam dominos et fratres seniores honoraturum, ducatum Litvaniæ ipso defuncto ad regnum devolvendum, patrimonio duntaxat excepto, si aliquam legitimam prolem reliquerit, ac prædictum fœdus approbat et confirmat. Datum in Troki, anno 1439.

U Rzyszczewskiego jest umowa między Władysławem Jagiełłą a Zygmuntem W. X. Lit. z datą: Korczini anno 1434, die 27 febr. tej samej treści co grodzieńska. *Codex diplomaticus Poloniæ*, t. I, p. 312.

Casimirus rex Poloniæ constituit monetam minutam bracteatam mediorum grossorum in regno et ducatu Masoviæ, sub executione per capitaneos facienda ad futurum conventum regni. Datum Petricoviæ post Pentecostes, anno Domini 1451.

Vol. Leg. I, fol. 154.

Idem immunitates, privilegia, libertates, donationes et quidquid a majoribus suis erat incolis regni concessum approbat. In conventione generali Petricoviensi, anno Domini 1453.

Idem omnes libertates, jura et privilegia regni concessa approbat in conventione generali Petricoviensi. Anno 1453.

Idem omnes libertates, jura et privilegia regni ab antecessoribus suis concessa, nec non a patre et fratre suo clementer inducta confirmat. Datum Petricoviæ, anno 1455.

Idem agnoscit bellum pro recuperatione Prussiæ ope et subsidiis Polonorum, multaque ab eis in recuperationem castri Mariæburgensis, et in stipendia militum erogata esse, insuper eosdem proceres regni; suis precibus permotos nonnullas contributiones in liberationem Prussiæ instituisse, et quidem sponte et libere id fecisse, et exinde ad hæc onera contributionis, ut libere et benevole decreta, in posterum, neque id in exemplum trahi debere, non teneri. Datum Petricoviæ, anno 1470.

Capitulatio S. Casimiri cum octoginta duobus equitibus, singulis decem florenos pro quartuali, et quinque florenos peditibus, 1471.

Joannes Albertus rex Poloniæ omnia omnium terrarum regni jura et libertates confirmat in conventione Petricoviensi, feria quinta die S. Valentini, anno 1493.

Fridericus cardinalis ac archiepiscopus Gnesnensis, baronesque regni post mortem Joannis Alberti regis Henrico Michowski stipendium ducentorum equitum armatorum, et centum equiti szostakos se soluturos promittunt. Datum Cracoviæ, post festum S. Ludovici, anno 1502.

Fryderyk, syn Kazimierza Jagiellończyka, biskup krakowski od 1488 do 1503, tegoż roku umarł na arcybiskupstwie gnieźnieńskiem.

Vladislaus Hungariæ et Bohemiæ rex cedit Sigismundo germano suo de sorte magni ducatus Litvaniæ se concernenti, in eumque omne jus suum transfundit, nihil juris et prætextus sibi et successoribus suis relinquendo. Budæ, anno 1505.

Alexander rex Poloniæ omnibus ac universis cujuscunque status et conditionis nobilibus et incolis omnia jura, consuetudines, privilegia per antecessores suos indulta approbat, promittens sub jura-

mento circa actum coronationis præstito, tam in toto quam in parte omnia se adimpleturum. Datum in Radom, sabbato Inventionis S. Crucis, anno 1505.

Vol. Leg. I, fol. 355.

Idem omnia jura, donationes, privilegia per reges et reginas, duces et hæredes regni Poloniæ concessa approbat in conventione Radomiensi. Anno 1505.

Idem ultimum voluntatis suæ testamentum condit, in communione sacrosanctæ matris suæ Ecclesiæ et fidei romanæ, se sacramentis procuratum mori protestatur, hæredem bonorum suorum Sigismundum scribit, eique Helenam conjugem suam commendat. Datum in Lida, die S. Jacobi apostoli, anno 1505.

Idem exactissimum inventarium supellectilis suæ in auro, argento, clænodiis, etc., per delègatos et consiliarios suos conscribit. Datum in Lida, anno 1505.

Liber magnus in folio statutorum regni Poloniæ, cujus chartæ omnes pergameneæ sunt, cum sigillo pensili Alexandri regis Poloniæ.

Nicolaus Koscielecki episcopus Chełmensis excusat se proceribus regni quod ad conventum electionis venire non potuerit, tum Joanni de Kalinowa Majoris Poloniæ capitaneo dat facultatem eligendi suo nomine Sigismundum uti regem Poloniæ. Datum in Kowale, sabbato ante festum S. Andreæ apostoli, anno 1506.

Mikołaj Kościelecki, biskup chełmski od 1505 do 1518.

Jacobus de Szydłowiec, castellanus et capitaneus Sandomiriensis regni thesaurarius, cum ipse ob necessitatem custodiendi ex munere suo thesauri, electioni regis adesse non possit, Mathiæ, episcopo Præmisliensi regni vicecancellario, omnimodam dat facultatem suo nomine pro rege suffragium dandi et sententiam dicendi. Datum Cracoviæ, feria quinta ante festum S. Barbaræ, anno 1506.

Jakub Szydłowiecki, kasztelan sandomirski, zmarły roku 1510. Maciej Drzewicki, biskup przemyski od 1503 do 1513, potem kujawski do 1531, umarł arcybiskupem gnieźnieńskim 1535.

Sigismundus rex Poloniæ, confirmando omnia jura et privilegia regni, nonnulla statuta declarat, videlicet statutum Joannis Alberti regis de inscriptionibus ex actis castrensibus ad acta terrestria infra unius anni spatium transferendis; item statutum de cancellario et vicecancellario regni, quorum rationem se habiturum promittit; item de secretario regni; deinde contra injuste existentes teloneas pœnas sancitur; item ne servi a dominis ab indicta expeditione

bellica, priusquam decem septimanæ elapsæ fuerint, discedant; capitanei ad querelam citationes ne dent, nisi expulsis de dotali vel pacifica possessione; de proventibus rex cum consiliis senatorum disponat, quod autem superfuerit in thesauro servetur, ex quo si quidpiam aliquis rapuerit, pœna peculatus puniatur; regia bona prævia inscriptionum cognitione redimantur, salva appellatione ad conventionem regni generalem; parti gravatam se sentienti negligentia capitaneorum centum marcis puniatur, ii vero qui liberos capitaneatus habuerint, iis priventur; cancellarius et vicecancellarius alter spiritualis, alter sæcularis sit; a magistratibus civitatum ordinationes palatinorum observentur; panni justa quantitate taxentur; ripæ fluminum bonis nobilium adjacentes liberæ sint; idem de capitaneo intelligi debet; judices, burgrabii sint possessionati. Hæc et alia idem rex Sigismundus statuit Cracoviæ in conventione generali coronationis, feria tertia post Reminiscere, anno 1507.

Vol. Leg. I, fol. 359.

Idem rex confert thesaurariatum regni Poloniæ Andreæ de Koscielec. Cracoviæ, ante festum Nativitatis B. V. Mariæ, anno 1509.

Idem ex instantia consiliariorum utriusque status, tam spiritualis quam sæcularis, obviando ambitioni, quæ inter statum ecclesiasticum irrepserat, tum conservando jus et dignitatem regni Poloniæ statuit, decernitque archiepiscopum Gnesnensem tanquam primatem regni primum esse, nec cardinales ante eum prætendere et usurpare locum debere, tam in coronationibus quam in comitiis aut consiliis. Datum Petricoviæ, die 7 martii, anno 1512.

Idem cavet regni ordinibus, quod cum ab omni exactione solvenda liberi sint, tamen in gravi reipublicæ necessitate, pro conducendo mercenario milite ad præsidium terrarum Russiæ per duodecim florenos cum medio de quolibet equo, in quo militare reipublicæ deberent, se soluturos sponte obligant, id in exemplum trahi non debere, hocque privilegium terræ et nobilitati palatinatus Cracoviensis ad meliorem cautelam dari vult. Datum Posnaniæ, dominica Rogationum, anno 1513.

Episcopus Præmisliensis vicecancellarius regni, Christophorus de Szydłowiec palatinus et capitaneus Cracoviensis, Nicolaus de Szydłowiec thesaurarius regni, et alii ex mandato Sigismundi regis describunt coronam auream regni Poloniæ, omnesque in ea patrones et lapides. Datum Cracoviæ, feria secunda post festum Omnium Sanctorum, anno 1515.

Piotr Tomicki, podkanclerz koronny, biskup przemyski od 1513 do 1521, po-

znański do 1523, umarł biskupem krakowskim 1535. Krzysztof Szydłowiecki, wojewoda krakowski od 1515 do 1526, postąpił na kasztelanią krakowską, zmarły 1532. Mikołaj Szydłowiecki, kasztelan sandomirski i podskarbi wielki koronny od 1515 do 1532.

Sigismundus I in Litvaniam discessurus obligat Nicolaum de Szydłowiec, castellanum Sandomiriensem ac regni thesaurarium, quod omnes summas pecuniarias, clænodia, margaritas, vestes et aliam supellectilem in arce Cracoviensi repositam, si ipsum in hoc itinere, non facta de his rebus alia ordinatione, mori contigerit, nemini alteri nisi liberis ipsius, quando ad ætatem legitimam pervenerint, extradere debet, præfatumque thesaurum idem rex consignavit. Datum Cracoviæ, feria quinta ante festum S. Martini, anno 1515.

Idem contra hostilem incursionem magistri Prussiæ Alberti, marchionis Brandeburgensis, excita ad oppidum Wągrowiec nobilitate, quod eam expeditionem non in comitiis, sed privata auctoritate indixerit, excusat necessitatem, et pro præstita obedientia gratias agit, de cetero ejusmodi expeditiones non se indicturum deinceps pollicetur. Datum Bidgostiæ, in conventione generali feria sexta die S. Andreæ, anno 1520.

Idem de consensu conventus generalis Petricoviensis præscribendo modum cudendæ monetæ in regno currentis, rei monetariæ magistrum Gasparum Ber proconsulem civitatis Cracoviensis constituit, ac monetarum genera ordinatis imprimis..... mixturam talem vult esse : accipiendi lotti argenti puri quindecim quibus adduntur cupri lotti centum et quadraginta quinque, ut sint in pagamento, seu compositione marcæ ponderis decem, et in qualibet marca ponderis unus cum medio lottus argenti, ex quibus fieri debent floreni per triginta grossos, per decem octo denarios in singulos grossos computando. Ternariorum vero mixtura esse debet ex lottis quindecim argenti puri et sexaginta quinque lotti cupri, et erunt in pagamento marcæ quinque in singulis marcis ponderis per lottos tres argenti, ex quibus fieri debent floreni novem grossi viginti, per triginta grossos et per ternarios sex in grossum computando. Mixtura grossorum integrorum esse debet ex quindecim lottis argenti et viginti quinque lottis cupri, erunt in pagamento marcæ ponderis duæ cum media in singulis marcis ponderis per lottos sex argenti puri, ex quibus fieri debent in numero marcæ quinque, id est floreni per triginta grossos octo, custodiendo quantum possibile fuerit, ne numerus uniuscujusque monetæ citra vel ultra deficiat vel crescat. Signatio item ejusdem monetæ scribitur, idque totum executioni

thesaurarii regni demandatur, hoc adjecto ut quidquid ex lucro cussæ monetæ pervenerit, id in defensionem regni convertatur. Datum Cracoviæ, die lunæ 15 octobris, anno Domini 1526, regni nostri anno XX.

Czacki, *o litewskich i polskich prawach*, t. I, str. 158, gdzie się znajduje cała ta Zygmunta I menniczna ustawa, z której mylna treść oryginału watykańskiego poprawiona została.

Idem ordinibus regni cavet pro Sigismundo Augusto filio suo, electo rege, illum postquam ad legitimam ætatem annos quindecim pervenerit, omnia jura per se et patruos avosque concessa, approbaturum juramento, sub libertate a vinculo obedientiæ in casu huic assecurationi per ipsum non satisfactionis. Datum Cracoviæ, in conventione generali, sabbatho proximo ante dominicam Lætare, anno 1530.

Vol. Leg. I, fol. 496.

Idem quoniam in eligendo Sigismundo Augusto mos denuntiandi electionem omnibus regni ordinibus prætermissus fuit, cavet ne id in posterum fiat, et reges ut non nisi in dieta electione assumantur. Cracoviæ ante dominicam Lætare, anno 1530.

Sigismundus Augustus rex, satisfaciendo parentis sui promisso et sponsioni, ordinibus regni, jura, litteras, privilegia et libertates a majoribus suis datas se conservaturum, alienata atque distracta a regno recuperaturum, patre vivente nihil in regimine jurisdictionis usurpaturum esse pollicetur. Datum Cracoviæ, die sexta februarii, anno 1537.

Vol. Leg. I, fol. 513.

Sigismundus I, postquam Sigismundus Augustus rex Poloniæ filius suus, annum quindecimum attingens, omnia jura, privilegia ordinibus regni confirmasset, ac juramentum præstitisset, significat fidem suam hac in parte pro eo datam jam eliberatam esse. Datum Cracoviæ, die et anno ut supra.

Vol. Leg. I, fol. 514.

Beata de Koscielec, filia de eadem Koscielec castellani Woynicensis, thesaurarii regni, consors vero Eliæ ducis Ostrogiensis, Bracłaviensis capitanei, Sigismundum regem quietat de tutoria ab omnibus legatis. Datum Cracoviæ, feria quinta ante dominicam Reminiscere. Anno 1539.

Jędrzej Kościelecki, kasztelan wojnicki i podskarbi wielki koronny, zmarły 1515. Beata Kościelecka, wydana za Eliasza xięcia Ostrogskiego, była córką Zygmunta I z żoną Jędrzeja Kościeleckiego.

Sigismundus rex Poloniæ, Sigismundo Augusto regi Poloniæ filio suo dat facultatem officium venatoris terræ Radomiensis proxime vacaturum cuicunque ex suis servitoribus voluerit conferendi. Datum Cracoviæ, die S. Lucæ, anno 1542.

Idem eidem dat facultatem capitaneatum Bydgostiensem morte Joannis de Koscielec palatini Lanciciensis de manibus successorum ejusdem redimendi. Cracoviæ, post Nativitatis beatissimæ virginis Mariæ, anno 1545.

Jan Kościelecki, wojewoda łęczycki, zmarły roku 1545.

Idem eidem dat consensum eximendi certa oppida de manibus possessorum. Cracoviæ, anno 1545.

Idem reginæ Bonæ conjugi suæ concedit jus patronatus in omnibus bonis reformationi suæ subjectis, tum in aliis quovis modo possessis ad extrema vitæ ejus tempora. Datum Cracoviæ, anno 1545.

Idem Sigismundo Augusto filio suo ex economia Mariæburgensi et ex aliis quibuscunque castris et civitatibus terrarum Prussiæ omnes et singulos donat redditus, tum granarium in civitate Gedanensi, sicut inter cives et Casimirum parentem suum convenerat, erigendi dat potestatem. Datum in conventione generali Petricoviensi, sabbato postridie festi Epiphaniæ, anno 1548.

Idem eidem dat facultatem conferendi unum quemcunque episcopatum, qui primum vacaverit, personæ idoneæ, promittens quemcunque renuntiaverit et sanctissimus pater confirmaverit, pro episcopo se habiturum, et locum illi in consilio daturum. Datum Petricoviæ, die Purificationis B. V. Mariæ, anno 1548.

Idem eidem dat potestatem capitaneatum Krzepicensem, postquam morte aut resignatione magnifici Spytek de Tarnow castellani Woynicensis, et thesaurarii regni vacaverit, cuicunque velit conferendi. Datum Cracoviæ, dominica Palmarum, anno 1548.

Jan Spytek Tarnowski, podskarbi wielki koronny do 1549, kasztelan wojnicki do 1550, umarł kasztelanem krakowskim roku 1561.

Pacta inter Sigismundum Augustum regem Poloniæ et Joannem Albertum ducem Mecklenburgensem principem Vandalorum renovantur, quorum conditiones hæ sunt, firma amicitia et societas perpetua inter partes observetur. Alter alteri contra hostes suppetias ferat, pro cognitione damnorum alterius subditis per exercitus transeuntes illatorum, commissarii ad certum locum deputentur, subditi profugi, nonnisi prævio juramento, et nisi quinquaginta anni elapsi fuerint, extradantur. Varsaviæ, die 22 januarii, anno 1556.

Sigismundus Augustus rex Poloniæ militem Polonum pro neces-

sitate ducatus Litvaniæ conductum de solutione retentæ mercedis assecurat, eam ex summa quingentorum millium florenorum, consensu ordinum ex obligatione bonorum regalium concessam, et ex aliis proventibus ad mensam regiam spectantibus, præstandam esse. Datum Grodnæ, anno 1565.

Idem certam pecuniam ordinat pro stipendio militum. Lublini, anno 1566.

Idem specificat cuilibet præfecto militum stipendium retentum, et de solutione eosdem certos facit. Lublini, die 25 junii, anno 1569.

Consiliarii, dignitarii, proceres et nobiles regni Poloniæ, totaque communitas consentiunt in electionem Henrici, ea tamen conditione ut libertates, jurá et immunitates cujuscunque status hominibus a regibus olim Poloniæ concessas et indultas manuteneat, et super hoc una cum fratre suo rege Galliæ, per oratores regni Galliæ juxta pacta conventa juret. Actum in campo electionis ad urbem Varsaviensem, die 16 maii, anno 1573.

Du Mont, *Corps dipl.*, t. V, part. 1, fol. 223. Vol. Leg. II, fol. 224.

Henricus electus rex Poloniæ articulos electionis sibi exhibitos confirmat. Parisiis, die 10 septemb., anno 1573.

Idem pacta de quibus inter oratores suos et ordines regni in comitiis electionis convenerant approbat. Parisiis, die et anno ut supra.

Du Mont, *Corps dipl.*, t. V, part. 1, fol. 224.

Idem leges et libertates polonicas juramento confirmat. Parisiis, die et anno ut supra.

Carolus rex Galliarum conditiones per oratores suos in comitiis electionis, nomine suo et fratris sui constitutas, approbat, eisque se satisfacturum pollicetur. Parisiis, die et anno ut supra.

Du Mont, *Corps dipl.*, t. V, part. 1, fol. 226, z datą : die dominica..... mensis decembris, anno 1573.

Karol IX, król francuzki od 1560 do 1574.

Idem rex jurat se suprascriptis conditionibus satisfacturum. Parisiis, die et anno ut supra.

Henricus electus rex Poloniæ remittens Joannem Zborowski capitaneum Odolanoviensem ad ordines regni litteras fidei dat. Parisiis, die 23 septemb., anno 1573.

Jan Zborowski, pod Pozwolem i Newlem 1566, w legacyi do Paryża 1573, kasztelan gnieźnieński 1578, umarł około roku 1595.

Idem informationem præfato Zborowski dat, qua diem corona-

tionis ad diem decimum quintum januarii prorogari petit. Datum ut supra.

Maximilianus electus Romanorum imperator et Poloniæ rex, oblatos ab oratoribus regni Poloniæ articulos, ab Henrico rege ante confirmatos, juramento comprobat. Datum Viennæ, die 23 martii, anno 1576.

Idem conditiones quibus regnum Poloniæ illi deferebatur approbat, imprimis jura omnia confirmat, libertates se aucturum pollicetur, magistratus regni et officia non nisi indigenis conferet, controversias de Prussia et Livonia cum imperio sopiet, prætensioni juris familiæ austriacæ ad Masoviam renuntiabit, Barensis et Rossanensis principatuum negotia apud regem catholicum obtinebit, fœdus cum regno et rege catholico sanciet, item cum Hungariæ et Bohemiæ regnis, cum imperio Romano præscripta forma, auxiliaque contra omnes hostes, quæ et quanta a principibus præstari debeant, confœderationem cum Daniæ et Sveciæ regibus, et Moschoviæ principe procurabit, modo ne sociale bellum contra Turcas pariant, negotiationes regni cum imperii subditis promovebit, pacem cum Turca stabiliet, quod si ea obtineri non possit, omnibus viribus bellum a regno avertet, in Hungaria et Polonia milite non nisi voluntario utetur ad defendendos regni fines, vel stipendium pro decem millibus equitum Polonorum, vel certe quinque millia Germanorum mittet, arces quatuor ex arbitrio reipublicæ ædificabit, collapsas restaurabit sumptu proprio, doctores academiæ Cracoviensis stipendiis et doctis viris augebit, Polonos aptos ministeriis et officiis in aulis Austriæ principum præfici faciet, loco centum nobilium in exteris academiis alendorum trecenta millia florenorum primo anno numerabit, debita regni stipendia militibus et aulicis defuncti regis persolvet, dissidentes in electione conciliabit, toto biennio regno non discedet, nisi cum regni consensu, commissarios, qui de injuriis inter regnum et Hungariam, Silesiamque cognoscant, dabit, in negotiis regni usitato tantum Poloniæ titulo utetur, Annam infantem Poloniæ uni ex archiducibus matrimonio junget, in eos qui alium candidatum regem elegerunt alienum animum non geret, officia regni et curiæ reformabit, fines regni non minuet. Datum Viennæ, die 23 martii, anno 1576.

Stephanus rex Poloniæ circa coronationem suam Cracoviæ confirmat universaliter jura et privilegia regni Poloniæ. Die 4 maii, anno 1576.

Anna regina Poloniæ pollicetur ordinibus regni se in proximis comitiis cessuram omni jure successionis ad bona quævis mobilia

et immobilia reginæ Bonæ matris, et Sigismundi Augusti fratris sui. Datum Cracoviæ, in comitiis coronationis, die 10 maii, anno 1576.

Sigismundus III electus Poloniæ rex fines regni ingressus coram oratoribus ordinum regni ad se ex decreto electionis missis, in templo monasterii Oliviensis, solemni juramento jurat libertates regni se salvas conservaturum. Datum die 7 octobris, anno 1587.

Idem pacta in comitiis electionis suæ ab ordinibus regni et magni ducatus Litvaniæ, et oratoribus suis constituta, solemni stipulatione se observaturum pollicetur, eademque rata habet, excepto articulo de incorporanda regno Estonia, quousque regnum Sveciæ jure hæreditario ad ipsum devolutum non fuerit, eoque vadimonio ordines tantisper contentos esse debere, quod Anna regina consors olim Stephani regis Poloniæ in summis Neapolitanis cavet restitutionem partis Livoniæ, quam Sveciæ rex possidebat, ac possidet. Datum Cracoviæ, die 28 decembris, in conventione coronationis, anno 1587.

Du Mont, *Corps dipl.*, t. V, part. 1, fol. 469.

Idem significat se in ecclesia S. Stanislai in arce Cracoviensi, die 27 decembris, anno 1587, juramentum ex formula præstitisse, pollicendo jura et privilegia regni tum et articulos de quibus in comitiis electionis transactum est, se rata habiturum, excepto articulo de Estonia. Datum Cracoviæ, die 28 decembris, anno 1587.

Du Mont, *Corps dipl.*, t. V, part. 1, fol. 470.

Idem declarat nonnullos articulos, de quibus in comitiis electionis convenerat, primum ratione societatis cum parente suo missurum se legatos pollicetur, item effecturum se promittit classis Svetica ut reipublicæ præsto sit, pecunia anno 1561 Sigismundo Augusto mutuo data ut remittatur, tormenta bellica Moscho ad Vendam erepta ut idem parens non repetat, item recipit se arces quinque in locis opportunis constructurum, peregrinis qui ex Svecia venerant non usurum, præsidiariis arcis Camenecensis stipendia, similiter et militibus Livonicis, cognito quantum illis debeatur, tum et debita Andreæ comiti de Tenczyn palatino Cracoviensi, Georgio Mniszek castellano Radomiensi, Nicolao Zebrzydowski generali Cracoviensi, Gasparo Macieiowski exsoluturum esse. Datum Cracoviæ, in comitiis coronationis, anno 1588.

Du Mont, *Corps dipl.*, t. V, part. 1, fol. 471.

Jędrzej Tenczyński, kasztelan belzki 1569, kandydat do tronu 1573, wojewoda belzki 1576, krakowski 1581, umarł 1588. Jerzy Mniszech, kasztelan radomski

1586, wojewoda sandomirski 1591, umarł 1613, jego córka Maryna carowa. Mikołaj Zebrzydowski, wojewoda lubelski 1588, marszałek wielki koronny 1597, wojewoda krakowski 1601, dowodzi rokoszowi 1606, rozbity pod Guzowem 1607, umarł 1620. Kasper Maciejowski, kasztelan lubelski od 1608 do 1611.

Idem omnia debita se et suos successores in regno Poloniæ et magno ducatu Litvaniæ quocunque modo concernentia reipublicæ condonat, actionibusque omnibus se abdicat. Datum Cracoviæ in comitiis coronationis, die 28 januarii, anno 1588.

Idem bona seu sortem in regno Neapolitano ducatuque Barensi et Rossanensi, et ducanua Foggiæ ac summas pecuniarias pro interesse suo reipublicæ condonat. Datum Cracoviæ, anno 1588.

Oratores Sigismundi III regis Poloniæ, Hieronymus comes in Rozrażew episcopus Vladislaviensis et Pomeraniæ, ac Albertus Radziwiłł dux in Ołyka et Nieswież magni ducatus Litvaniæ archimarschalcus, ad Rudolphum II imperatorem missi, postulant ab eo in matrimonium regi suo serenissimam principem Annam filiam primogenitam olim Caroli archiducis Austriæ, ejusdem vero imperatoris patruelem, quæ prono affectu ab imperatore cum contutoribus suis conceditur, et de conditionibus convenitur, inter quas hæc adjecta, ut abrenuntiationem eadem Anna omni successioni faciat, a qua tamen deficiente mascula prole non restringitur. In arce Pragensi, die 17 aprilis, anno 1592.

Hieronim Rozrażewski, biskup kujawski od roku 1581, zmarły 1600. Wojciech Radziwiłł, marszałek wielki litewski, zmarły 1593. Rudolf II, cesarz od 1576 do 1612.

Idem rex profecturus cum consensu totius reipublicæ in Sveciæ regnum, post mortem patris sui ad se devolutum, dat assecurationem ordinibus se rediturum omnino proximo anno circa festum Omnium SS. Datum Varsaviæ, in conventu generali, die 15 junii, anno 1593.

Idem iterum in Sveciam profecturus, declaratis ordinibus necessitatibus regni sui hæreditarii, atque assecuratis ordinibus de suo reditu, pollicetur se in anno 1599 ad festum S. Bartholomæi, vel ad summum duabus post septimanis rediturum, salvo articulo pactorum conventorum hac de re sancitorum. Datum Varsaviæ, in comitiis regni generalibus, die 13 aprilis, anno 1598.

Idem Livoniæ partem, Estoniam vulgo dictam, nominatim vero Revaliam, Narvam, Veissensteinum, Wessembergum, cum districtu Tolcburg, castrum Habsen, Leal, Lais, monasterium Padis, universumque eum tractum, qui in potestatem parentis sui venerat,

regno et reipublicæ condonat, exceptis tormentis et instrumento bellico, quæ ex regno Speciæ eo advecta fuerant. Datum Varsaviæ, in comitiis generalibus, die 12 martii, anno 1600.

Idem agnoscit eam esse regni Poloniæ, et magni ducatus Litvaniæ prærogativam ab antecessoribus suis indultam, quod nemo illam vel sanguinis, vel successionis beneficio, aut alicujus pactionis, vel juris transfusionis prætextu, vel aliquopiam quæsito colore prætendere possit, nisi quem ordines regni liberis suffragiis elegerint, et unanimi consensu regem suum et magnum ducem Litvaniæ esse voluerint, istudque jus in toto approbat in comitiis regni generalibus, anno Domini 1607.

Rousset, *suppl. ad* Du Mont, t. III, part. 1, fol. 265.

Idem cavet ordinibus nihil horum se et posteros suos usurpaturos, quidcunque bello Moschovitico recuperaverit, aut acquisierit, sed omne ad integerrimum ad regnum Poloniæ, et magnum ducatum Litvaniæ pertinere debere. Datum Varsaviæ, in conventione generali, die 3 novembris, anno 1611.

Ejusdem epistola ad venerabilem Petrum Złotnicki custodem thesauri, ut generoso Otwinowski extradat litteras turcicas ad perlustrandum pro expeditione ducis in Zbaraż magni legati ad Portam Ottomanicam, anno 1622.

Conditiones deditionis urbis Varsaviensis cum subscriptionibus Svecorum officialium. Datum Varsaviæ, die 1 julii, anno 1656.

Copia pactorum evacuationis Cracoviæ cum generali Svetico Paulo Wirtz ex germanico in latinum translatorum. Datum die 24 augusti, anno 1657.

Proceres regni quindecim articulos eorundem pactorum approbant subscribuntque. Datum in castris ad Cracoviam, die 25 augusti, anno 1657.

Tractatus originalis ratione deditionis civitatis Thorunensis per Oxenstiern et Duglas generales Sveticos cum subscriptionibus et sigillis eorum. Die 13 decembris, anno 1658.

Du Mont, *Corps dipl.*, t. VI, part. 2, fol. 242.

Approbant circa deditionem civitatis Thorunensis senatores et officiales regni Poloniæ residentes transactionem cum Oxenstiern gubernatore Thorunensi. Subscriptio et sigilla sunt Joannis comitis a Leszno palatini Posnaniensis, Georgii Lubomirski supremi regni mareschalci, Christophori Grzymułtowski castellani Posnaniensis, Nicolai Prażmowski cancellarii regni, Boguslai a Leszno procancel-

larii regni, Christophori Grodzicki castellani Camenecensis. Die 22 decembris, anno 1658.

Jan Leszczyński, wojewoda poznański od 1655 do 1661. Jerzy Lubomirski, hetman polny i marszałek wielki koronny, ustąpił z Polski poraziwszy dwa razy 1666 wojsko królewskie, i roku następującego we Wrocławiu umarł. Krzysztof Grzymułtowski, kasztelan poznański, umarł wojewodą poznańskim 1687. Mikołaj Prażmowski, kanclerz wielki koronny od 1658. Bogusław Leszczyński, podkanclerz koronny, zmarły 1660. Krzysztof Grodzicki, kasztelan kamieniecki, zmarły 1659.

Scriptum assecurationis legati Galliæ Antonii de Lumbres ratione titulorum regis Poloniæ in litteris salvorum conductuum pro legatis Sveticis datorum. Datum Varsaviæ, die 9 maii, anno 1659.

Ludovicus XIV rex Galliarum pacem, quæ mediatione sua per legatum Antonium de Lumbres inter Poloniæ et Sveciæ reges et principem Brandeburgicum coaluit, et certis de mutuo oratorum consensu conditionibus Olivæ firmata, et per ipsos præfatos reges et principem acceptata est, ratificat cum annexa sua guarantia. Datum Parisiis, die 22 septembris, anno 1660.

Tractatus cum exercitu Polonico colligato in castris ad Palczyn, anno 1665.

Transactio in castris ad Łęgonice cum palatinatibus Cracoviensi, Posnaniensi, Calissiensi, Siradiensi, Lanciciensi, et cum exercitu colligato, tum et cum domino Georgio Lubomirski, manibus procerum et deputationum subscripta. Die 31 julii, anno 1666.

Iidem palatinatus assecurati verbo regio Joannis Casimiri de paterno regimine suo, spondent eidem regi fidelitatem, in castris juxta flumen Pilica ad Łęgonice, die et anno ut supra.

Joannes Casimirus rex Poloniæ sentiendo jam suas imperii moli vires impares, regno abdicat omnesque status ab obedientia absolvit et liberos facit. Datum in comitiis regni generalibus Varsaviæ, die 16 septembris, anno 1668, regni sui XX anno.

Diploma electionis liberæ in regem Poloniæ Joannis Casimiri principis Poloniæ, a statibus regni ejusdem et magni ducatus Litvaniæ, post ejus inaugurationem datum, ab eodem Casimiro rege præfatis statibus in conventu regni generali Varsaviæ, die 16 septembris, anno 1668 celebrato, post liberam suam abdicationem redditum, cassatum et annihilatum, tum quo tam inauditi et ante hac impracticabilis exempli extaret memoria, jussu statuum regni, custodiæ illustrissimi ac reverendissimi domini Nicolai in Prażmow archiepiscopi Gnesnensis traditum, deinde post mortem ejusdem, cum subscriptione manus ipsius, tum illustrissimi domini Warszy-

cki castellani Cracoviensis et generosi Antonii Chrapowicki mareschalci pro illo tempore nuntiorum terrestrium in archivo regni Cracoviensi depositum. Anno 1673.

Du Mont, *Corps dipl.*, t. VI, part. 1, fol. 429.

Mikołaj Prażmowski, arcybiskup gnieźnieński, zmarły roku 1673. Stanisław Warszycki, kasztelan krakowski, zmarły 1680. Jan Antoni Chrapowicki, naprzód chorąży smoleński, potem podkomorzy, marszałkował w izbie poselskiej na sejmie 1665, i na konwokacyjnym po abdykacyi Jana Kazimierza roku 1668.

LITTERÆ PALATINATUS CRACOVIENSIS.

Sieciechus palatinus Cracoviensis testatur de armis Srzeniawa milites Joachimum, Jaczkum et Preczlaum Adriani de Lubomir hæredis, vexilliferi terræ Cracoviensis filios, dividisse inter se bona tali modo : Joachimus accepit villam Lubomir, Jaczkus villam Lipie cum pertinentiis et 93 marcis, quas debet Nicolaus de Moravica patri suo, Preczlaus villam Wienisicze. Actum Cracoviæ præsentibus Joanne de Wielopole dapifero Cracoviensi, Spytkone de Zakliczyn, Simeone de Gay, Andrea de Zydowo hæredibus, Eustachio et Rudolpho notariis, in vigilia Purificationis B. V. Mariæ, anno 1088.

Sieciech wojewoda krakowski, faworyt Władysława Hermana.

Nie zdaje się mieć cechy prawdziwości powyższy dyplomat, gdy zawcześnie o herbach wspomina, i przyimka *de* używa. Czacki, *o źródłach praw, które miały moc obowiązującą w Polsce i w Litwie*, § VI. Mimo to jednak, po uznanej za fałszywą fundacyi kościoła w Górze na Szlązku przez Bolesława Śmiałego, i Rafała wójsk Jerozolimskich najwyższego wodza, roku 1067, powyższy dokument obejmujący dział synów Adryana z Lubomira, pod pieczęcią Sieciecha, wojewody krakowskiego, uważany jest za najdawniejszą tranzakcyą prywatną w Polsce.

Scarbimirus palatinus Cracoviensis et exercituum dux testatur Jaskum et Vitalem de Wielopole Benonis custodis castrorum filios de Zapraniec, fratri suo Stanislao ex secundo matrimonio reduci ab exteris nationibus, postquam evidentibus documentis probasset se fratrem ipsorum esse, tertiam sortem bonorum Wielopole in possessionem tradidisse, una cum centum septuaginta marcis in villa

Sadły. Actum Cracoviæ, feria secunda post festum Circumcisionis, anno 1113.

Skarbimir po Sieciechu wojewoda krakowski, stracony 1117.
Na tym dokumencie, który za Jana III z archiwum koronnego do Pieskowej skały przeniesiono, jest na pieczątce znak VV, naokoło napis *Skarbimirus Palat. Crac.* Czacki, *o litewskich i polskich prawach.*

Stephanus palatinus Cracoviensis recognoscit a Joanne de Lubomir castellano Vislicensi, Joachimi castellani Woinicensis filio, cum Justina uxore, Raphaelem de Tarnow Justinæ patrem de centum marcis quietatum esse, summamque eandem in bonis Lubomir inscriptam esse. Datum Cracoviæ, feria secunda in crastino dominicæ Ramis Palmarum, anno 1146.

Stefan Jaxa, herbu Gryf, wojewoda krakowski, umarł 1175.

Nicolaus palatinus Cracoviensis et exercituum dux generalis testatur Adrianum de Chomentow, pincernam Sandomiriensem, villam Rzesochno, Vito de Zydowo Spytkonis filio vendidisse. Datum Cracoviæ, in crastino Epiphaniarum, anno 1205.

Mikołaj, herbu Lis, wojewoda krakowski od 1175, dowodził w bitwie pod Mozgawą 1196, umarł 1206.

Boleslaus Cracoviæ et Sandomiriæ dux villam Dewino per Nicolaum comitem palatinum Cracoviensem liberat a servitiis ducalibus, scilicet *powóz*, *stróża*, *stan*, *vacca*, mensura quæ *zwiesna* dicitur, et aliis. Datum Cracoviæ, anno 1270?

Bolesław V Wstydliwy, syn Leszka Białego, nastąpił po ojcu 1227 mając lat sześć, zostawał w opiece xiążąt szlązkich aż do roku 1241, umarł 1279. Data tego dokumentu jest wątpliwa; bo Mikołaj herbu Lis inny od poprzedzającego ustąpił 1250, a Mikołaj herbu Nałęcz wojewoda krakowski umarł 1260.

Idem cum Cunegunda regis Hungariæ filia ducissa, Henrico et Petro hæredibus de Dupe sito in castellania Cracoviensi, dant jure perpetuo Boykow cum silvis et nemoribus adjacentibus, certis limitibus circumscriptum, nec non tres sortes Grebo dictas, scilicet Bolechowski, Krzyżanowski et Woynowski, liberant a servitiis *powóż*, *stróża*, *stan*, *krowa*, *grod*, a venatione et procuratione canum. Cracoviæ, anno 1270.

Kunegunda, córka Beli IV króla węgierskiego, wydana za Bolesława Wstydliwego roku 1239, umarła w klasztorze po śmierci męża.

Idem princeps cum Cunegunda uxore sua Procopio cancellario suo dant villam Czystebrzegi in castellanatu Cracoviensi super ripa

Vistulæ sitam jure perpetuo, et liberant a servitiis et solutionibus *przewód, stróża, stan, powóz, powolowe, targowe, krowa, podwody, woyna*, a castro novo construendo, veteri reparando, a domino custode, qui *stróży pan* vel *stróżny* dicitur, a falconibus, a castoribus, a venatoribus castorum, a venatore Cracoviensi, ne quidquam in querceto et nemoribus dictæ villæ habeat, excepto *przewód* militari. Datum Cracoviæ, die 15 calend. martii, anno 1278.

Niesiecki czyni tego Prokopa kanclerzem Leszka czarnego, i kładzie go pod rokiem 1289.

Jeszcze od czasów Bolesława Wielkiego każdy kmieć był obowiązany dawać od pługa jednę miarę żyta, drugą owsa na utrzymanie ludzi odbywających straż w zamkach pogranicznych, i ztąd ta danina *stróżą* się nazywała, którą potem na pieniądze zamieniono. *Powóz*, *podwoda*, była to powinność wszystkich miast i włości, tak xiążęcych, jak szlacheckich i duchownych dawania wozów i koni dla sług królewskich, mianowicie komorników, których królowie i xiążęta z rozkazami, gdzie było trzeba, posyłali, co także poźniej na opłatę pieniężną zamieniono. Liczne w trzynastym wieku wydane przywileje uwalniają od ciężaru *stacya* czyli *stan* zwanego, to jest obowiązku żywienia i utrzymywania dworu xiążęcego we wszystkich dobrach przez które xiąże przejeżdżał. Ten obowiązek stał się zczasem źródłem dochodu, który xiążęta i królowie za pieniądze w arendę puszczali, lub darmo zapisywali. Dawano im nawet corocznie woły i krowy, *vacca*, jak świadczą trzy powyższe dokumenta, tudzież przywilej Bolesława pobożnego, xięcia wielkopolskiego z roku 1252 między dokumentami poznańskiemi, uwalniający Raczkona od tego ciężaru we wsi nadanej mu prawem dziedzicznem. W przywileju danym klasztorowi miechowskiemu od Bolesława wstydliwego 1264 roku powiedziano : *vacca, quam in adventu nostro ratione prandii nostri dare tenebantur*. Nie tylko panujący, ale i możni panowie, przejeżdżając się po kraju, w domach, na łąkach i polach kmiecych gospodarowali, zboże, konie bydło zabierali, twierdząc że taki był zwyczaj. Kadłubek, cap. 9. *Vita sancti Stanislai*, cap. II.

Zegota palatinus Cracoviensis, et exercitus dux, testatur militem Georgium de Zydowo judicem curiæ a Nicolao de Tarnow comite accepisse centum marcas nomine dotis post Annam filiam ejus uxorem suam, quas centum marcas idem Georgius dictæ uxori suæ super villis suis Ulina et Rzezuchno inscribit. Datum Cracoviæ, post festum Circumcisionis, anno 1287.

Zegota, herbu Topor, naprzód wojewoda, potem kasztelan krakowski, zmarły 1290.

Albertus de Zmigrod palatinus Cracoviensis testatur Sebastianum et Stephanum fratres, Nicolai de Brzezie filios, hæreditatem suam post Marcum fratrem suum inter se divisisse tali modo : Stephanus acceptat sortem in villa Brzezie, Sebastianus vero in villa Zborow, uterque cum omnibus attinentiis. Datum Cracoviæ, in festo Nativitis Domini, anno 1305.

Wojciech z Zmigroda, herbu Srzeniawa, wojewoda krakowski, zmarły 1305.

Vladislaus dux Cracoviæ jura advocato..... alias Sandecensi a Boleslao primo, Lescone fratre, et Venceslao rege Bohemiæ concessa confirmat. Datum Cracoviæ, infra octavas Nativitatis B. V. Mariæ, anno 1306.

Władysław Łokietek, powrócił po raz trzeci roku 1305, koronował się 1319, umarł 1333. Leszek Czarny brat Łokietka przyrodni, od 1279 do 1289.
Wacław, król czeski i polski od 1300 do 1305.

Casimirus rex Vladislao ad donationem advocatiæ in Lelow addit macella. Datum Cracoviæ, die S. Lucæ, anno 1343.

Kazimierz Wielki, od 1333 do 1370.
Wójtostwa i sołtysostwa (advocatiæ et scultetiæ) byłyto cząstki ziemi kilka, kilkanaście, a czasem kilkadziesiąt włók wynoszące, prawem niemieckiem czyli magdeburskiem obdarzone, na wieczne czasy sprzedane lub nadane z obowiązkiem opłaty rocznego czynszu. Wójt lub sołtys był zarazem sędzią i urzędnikiem policyjnym we wsi swego wójtostwa lub sołtysostwa.

Idem testatur Abrahamum cum filio suo Marco de Koszyce hæreditates suas Siedlecz et Klimuntów in terra Cracoviensi Ottoni de Pilca, capitaneo generali Russiæ, pro villa nova seu Wilanowicz in terra Oswiecimensi et pro quingentis marcis grossorum Pragensium vendidisse et commutasse. Datum Cracoviæ, anno 1361.

Otton z Pilcy, naprzód starosta generalny ruski, potem wojewoda sandomierski, którego córka Elżbieta była trzecią żoną Władysława Jagiełły.

Idem villas Siedlice et Chomentów de jure polonico in jus teutonicum transfert. Datum in Opatow, die Innocentium, anno 1363.

Z osadami niemieckiemi weszło do Polski prawo niemieckie czyli magdeburskie, które warując wybór sędziów i urzędników gminnych, wolną appellacyą, pewność urzędowej opieki, nie było tak uciążliwe jak prawo polskie, które władzy panów granic nie kładło, ciężkie powinności i opłaty przepisywało. Ztąd od trzynastego do pietnastego wieku liczne przywileje przenosiły wsie i miasta *ex jure polonico in jus teutonicum*.

Idem testatur factam esse divisionem bonorum Christini vexilliferi Cracoviensis hæredis de Mikłuszowice. Datum Cracoviæ, in crastino SS. Corporis Christi, anno 1367.

Idem Joanni Gładysz pro hæreditate Brzeście dat facultatem quatuor famulos ad incidendum salem durum in zuppis Bochnensibus perpetuo tenendi, ac præterea officium vulgo *bachmistrzostwo* dictum in zuppis Bochnensibus cum pensione mediæ marcæ qualibet septimana, et cum victu et cum tribus equis. Datum in Sandecz, feria tertia post dominicam Reminiscere, anno 1368.

Idem dat locationis advocatiam privilegium in districtu Biecensi circa fluvium Mszana Nicolao de Biecz, villæque locandæ dat nomen Mszana. Datum in Sandecz, ante Reminiscere, anno 1369.

Elisabeth senior regina Hungariæ et Poloniæ confirmat litteras Sandivogii, capitanei generalis Cracoviensis, continentes commutationes bonorum Siedlecz et Klimuntow cum quarta parte juris patronatus ecclesiastici in oppido Mysłowice, pro medio manso agri in villa Pielgrzymowice, nec non pro septingentis marcis, per Ottonem militem de Pilca cum Petrassio Szafraniec subdapifero Cracoviensi factas. Insuper eadem regina prædictas villas de jure Polonorum in jus teutonicum transfert. Datum Cracoviæ, in die S. Venceslai, anno 1379.

Elżbieta, córka Łokietka, żona Karola Roberta z domu Kapetów linii Andegaweńskiej, matka Ludwika króla węgierskiego i polskiego, umarła roku 1380, zwana *Senior* dla odróżnienia od Elżbiety, drugiej żony Ludwika. Sędziwój, wojewoda kaliski i starosta generalny krakowski, wzmiankowany także pod rokiem 1376, posłany 1396 dla odebrania hołdu xiążąt opolskich.

Ludovicus rex confirmat litteras Hankoni de Zakliczyno. Datum Visliciæ, feria secunda post Pentecostes, anno 1381.

Ludwik, król węgierski i polski od 1370 do 1382.

Homagium civitatis Ilkussiensis Vladislao Jagielloni noviter electo præstitum. Datum in Ilkusz, feria secunda ante festum Assumptionis, anno 1386.

Władysław Jagiełło od 1386 do 1434.

Vladislaus rex Dobieslao Kuba agazoni suo advocatiam in Stradom infra castrum Cracoviense ad fluvium Vistulam sitam dat jure perpetuo. Datum Cracoviæ, post festum S. Bartholomæi, anno 1386.

Hedvigis senior regina Poloniæ approbat venditionem Siedlecz et Klimuntow in districtu Cracoviensi, et Pogonia in districtu Thessinensi situm, per Petrum Szafraniec subdapiferum Cracoviensem Vislao et Petro de Mysłowice, filiastris Bodzantæ archiepiscopi Gnesnensis, pro septingentis marcis grossorum Pragensium factam. Datum Cracoviæ, feria secunda post festum Conceptionis B. V. Mariæ, anno 1386.

Jadwiga, córka Henryka, xięcia głogowskiego i żegańskiego, trzecia żona Kazimierza W. zaślubiona roku 1357, umarła 1390. Bodzęta, herbu Szeliga, arcybiskup gnieźnieński od 1382 do 1389.

Homagium civitatis Cracoviensis de voluntate Hedvigis reginæ

Poloniæ Vladislao regi præstitum. Cracoviæ, post festum S. Andreæ, anno 1387.

Confirmatio venditionis et resignationis bonorum Siedlecz. Datum in Piotrkow, anno 1389.

Vladislaus rex confirmat privilegium Casimiri regis Poloniæ super locationem villæ et advocatiæ in Przysieki, cum onere servitii bellici. Datum in Biecz, die SS. Philippi et Jacobi, anno 1389.

Idem Clementi de Moskorzew vicecancellario regni et ejus successoribus donat castrum Dobczyce et villas eo pertinentes. Anno 1390.

Klemens z Moskorzewa, herbu Pilawa, podkanclerzy koronny od 1390 do 1400, umarł 1408.

Idem generoso Strasz sexcentas marcas in oppido Lanckorona inscribit. Datum Cracoviæ, anno 1391.

Idem confirmat litteras super scultetiam in villa Blizyce Benikoni advocato. Cracoviæ, anno 1395.

Idem Janussio de Koszkowice Peczemegi in terra Cracoviensi sitam ad vitam confert. Cracoviæ, die Cinerum, anno 1397.

Idem litteras emptionis laneorum trium liberorum, quatuor piscinarum et unius molendini in villa Ranczowice confirmat cum onere servitii bellici. Datum in nova civitate Korczyn, feria quarta post festum S. Martini, anno 1399.

Trewalowie advocatiæ Sandecensis possessores faciunt inscriptiones cum uxoribus suis pro quingentis marcis in quarta parte advocatiæ Sandecensis coram Joanne Froling advocato feudali, aliisque advocatis uti bannato judicio. Datum in Sandecz, feria sexta post festum S. Marci, anno 1402.

Jest wzmianka o Mikołaju Trewalu, wójcie sandeckim pod rokiem 1403 u Rzyszczewskiego. *Codex dipl. Pol.*, t. III, p. 364.

Nicolaus hæres de Czarnocin medietatem villæ Mikłuszowice Jaskoni hæredi de Wierzbno et ejus successoribus centum et octoginta marcis grossorum Pragensium vendit in perpetuum coram Michaele judice et Dobieslao subjudice Cracoviensibus generalibus. Actum Cracoviæ, feria sexta proxima post festum S. Stanislai, anno 1403.

Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. I, p. 275.

Vladislaus rex Vincentio de Pławowice octoginta marcas in villa Mirowo capitaneatus Olsztinensis inscribit. Sandomiriæ, feria sexta infra octavas B. V. Mariæ, anno 1405.

Idem Andreæ Pałka hæredi in Niedźwiedź, ducentas marcas inscribit. Datum in Inowłodz, die Visitationis B. V. M., anno 1406.

Idem Joanni alias Jokan Manzik militi dat consensum eximendi castrum Oyciec pro quingentis marcis de manibus Hincæ castellani Rospiriensis, additque ei totidem marcas alias mediorum grossorum, et super eodem castro Oyciec et villis Smarzowice, Wielkawieś, Siełchow, Wierzchowisko, Bambel, Irzmanowice et Godzowice inscribit. Cracoviæ, in vigilia dominicæ Lætare, anno 1406.

Idem Boguslao de Melna militi et cubiculario suo centum marcas in villa Lipinki inscribit. Datum Jedlnæ, anno 1406.

Nicolaus Trewal advocatus Sandecensis una cum Catharina conjuge sua Nicolao Feibero civi Cracoviensi quartam sortem advocatiæ ejusdem vendit. Datum in nova Sandecz, anno 1406.

Vladislaus rex Poloniæ oppignorat oppidum Cieszkowice Martino de Wrocimowice dapifero Cracoviensi. Anno 1407.

Fridericus civis Sandecensis, ac quondam ejusdem civitatis advocatus, medietatem suam advocatiæ Nicolao Strzeliz, hæreditario advocato Sandecensi, pro mille marcis vendit coram judicio bannato advocatiali Sandecensi. Die 6 januarii, anno 1409.

Nicolaus Freigub civis Cracoviensis quartuale advocatiæ Sandecensis pro quinquaginta latorum grossorum Pragensium vendit Nicolao Strzeliz. In nova Sandecz coram judicio advocatio, anno 1409.

Vladislaus rex Poloniæ Andreæ Seibenthal civi Cracoviensi dat facultatem eximendi castrum et oppidum Długopole in summa quadringentarum marcarum ex manibus Andreæ Korabiowski hæredis in Zarnowiec. Sabbato ante dominicam Judica, anno 1409.

Idem quinquaginta marcas Nicolao Makowski militi in villa Łąki inscribit. Datum Bidgostiæ, anno 1410.

Idem Bartholomæo de Jankowice ducentas marcas apud Andræam Troszkam assignat, Troszkæ vero in oppido Brzostowice easdem assecurat. Datum Varadini, post festum S. Bartholomæi, anno 1411.

W tym dokumencie musi być myłka w dacie miejsca lub roku. Władysław Jagiełło układał się tego roku z Krzyżakami w Toruniu, potem odwiedził Ruś i Litwę, w Waradynie nie był.

Idem Joanni de Szczekocin castellano Lublinensi ad summam quadringentarum marcarum sexcentas addit, et inscribit in castro Olsztyn. Datum Cracoviæ, feria quinta in crastino Catherinæ virginis, anno 1411.

Jan ze Szczekocin kasztelan lubelski, wymieniony jeszcze pod rokiem 1425 i 1429 jako i starosta dobrzyński. Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. II, p. 406, 447.

Vladislaus rex Spytkoni de Jarosław castellano Cracoviensi exemptionem villæ Pierzchowice de manibus Felicis Lubomirski approbat, summamque in eadem villa quadringentarum sexaginta marcarum ipsi assecurat. Datum Cracoviæ, post dominicam Judica, anno 1411.

Idem Nicolao de Gałkow in bonis Bystrzyca et Mszana in terra Biecensi sitis ducentas marcas assignat. Datum in nova Sandecz, anno 1412.

Vladislaus rex Hincæ de Kamień ducentas marcas Pragensium latorum grossorum, et ducentas marcas Polonicales in villa Kampol inscribit. Datum Cracoviæ, feria quarta ante festum Assumptionis, anno 1412.

Idem Zawissio Nigro de Garbow octingentas marcas in villa Borowice inscribit. Datum in Biecz, ante festum S. Martini, anno 1414.

Zawisza Czarny długo zmłodu w obcych krajach wojuje, do boju z krzyżakami stawi się 1410, używany w poselstwach na sobor Konstancyeński, do Anglii, Francyi, do cesarza Zygmunta, do którego znowu wróciwszy rozsiekany w niewoli u Turków 1428.

Cives Cracovienses quietant Lubranscium de florenis duorum millium Vladislao regi Poloniæ mutuatis. Anno 1414.

Catharina Nicolai Trewal advocati Sandecensis consors relicta recognoscit Thomam Folnall civem Sandecensem parentem suum quartale advocatiæ suæ Nicolao Strzeliz resignasse. In nova Sandecz, coram judicio bannato advocatiali, feria quinta in Conversione S. Pauli, anno 1415.

Vladislaus rex Joanni de Kowin quinquaginta marcas in villa Głęboka inscribit. Datum in Korczyn, post Reminiscere, anno 1415.

Idem Joanni de Szczekocin castellano Lublinensi ducentas marcas in castro Olsztinensi inscribit. Datum in Proszowice, anno 1417.

Idem litteras Casimiri regis de data in Biecz in crastino S. Valentini, anno 1367, quibus advocatia in villa Brzeście erigitur, et jus judicandi confertur, in toto ratificat et confirmat. Datum Miechoviæ, anno 1418.

Idem Petro de Potok quadringentas marcas in villa Małoszow inscribit. Sandomiriæ post dominicam Invocavit, anno 1420.

Homagium civitatis Cracoviensis Vladislao regi præstitum 1425.

Civitas Lelow recognoscit se præstitisse promissam a se fidelitatem eidem regi, ejusque filio et filiæ. Datum in Lelow, anno 1425.

Paulus de Bogumiłowice judex, et Jacobus de Boturzyn subjudex Cracoviensis testantur Petrum et Nicolaum fratres uterinos de Tłukawy villam Radzimice vendidisse Feliciæ uxori Nicolai de

Brzezie, filii olim Zbignæi mareschalci regni. Datum in Xiąz, post estum S. Laurentii, anno 1425.

Zbigniew z Brzezia Jana Kropidło 1394 pojmał, Witoldowi w wyprawie na Rezan 1401 towarzyszył, marszałek wielki koronny 1413, umarł 1425.

Joannes de Szczekocin castellanus Lublinensis, capitaneus Dobrzynensis, et tenutarius Olsztinensis Joanni Słuszka servitori suo villam Mirow pro servitiis donat ad vitæ tempora, summamque octoginta marcarum ipsi et successoribus ejus ibidem inscribit. Datum in Zarembice, in vigilia Nativitatis B. V. Mariæ, anno 1425.

Idem una cum Petro Woda, Dobieslao et Joanne filiis promittit et spondet castra et oppida Olsztyn et Bobrowniki nulli alii se traditurum esse, nisi Vladislao regi, vel casu mortis ejus Hedwigi regis filiæ ejusdem. Datum Siradiæ, feria quinta post dominicam Judica, anno 1425.

Vladislaus rex dat consensum Joanni de Szczekocin castellano Lublinensi eximendi villam Mirow in districtu Olsztinensi jacentem de manibus Wienicz de Pławowice. Datum in Solecz, anno 1426.

Stephanus de Bydłowa, Hanko Chełmski, Petrus Chełmski, Clemens de Moskorzew promittunt sub fide, honore et vita se tradituros castrum Kamieniec regi Poloniæ in spatio sex septimanarum ab illo tempore computandarum quo ipsis idem castrum traditur. Datum in castro Cracoviensi, anno 1427.

Nicolaus filius, Nicolaus Strzelitz advocatus, Clemens de Cieszkowice advocati Sandecenses vendunt... excepto domo advocatiali a dextris ad ecclesiam parochialem in civitate Sandecensi existenti, et uno prædio extra eandem civitatem non spectante ad advocatiam, item excepta scultetia a Vladario Sandecensi empta. Datum in nova Sandecz, anno 1427.

Vladislaus rex Jacobo palatino Siradiensi et Kachnæ consorti suæ, Joannique et Prædborio filiis, ob præstita ab eadem Kachna servitia in vigiliis et sollicitudinibus operosis in educatione filiorum regis, dum adhuc in infantia essent et lacte nutrirentur, castrum Lelow cum villis ad illud pertinentibus ad vitæ eorum tempora confert. Datum in nova civitate Korczyn, anno 1428.

Jakub z Koniecpola, wojewoda sieradzki 1398, w bitwie pod Grunwaldem 1410, umarł 1430.

Idem Derslao de Włostowice centum marcas in villa Przeborowie inscribit. Datum in Wolwram, die S. Ægidii, anno 1429.

Derslaus de Włostowice promittit castrum et civitatem Sande-

censem se fideliter administraturum, nullique alii nisi regi et regno traditurum esse ad omnem requisitionem principis. Anno 1430.

Burgrabii decem Cracovienses, videlicet Pełka de Międzyrzec, Dobieslaus de Czchów, Żegota de Grzegorzowice, Joannes de Ossolin, Jacobus de Boturzyn, Joannes de Kokoszka, Thomas Joannes de Mokrsko, Sigismundus de Bobowa, Zawissius Roza de Borysławice, Jura de Bronowice spondent regi Vladislao et Casimiro, et Sophiæ reginæ matri et tutrici eorum, castrum Cracoviense conservaturos, et vitam pro eis expósituros. Datum Cracoviæ, feria secunda post Conductus Paschæ, anno 1431?

Data musi być mylna, bo wtenczas jeszcze żył Jagiełło.

Petrus senior de Pieskowa skała palatinus Sandomiriensis recognoscit castrum et terram Cracoviensem a rege Vladislao se recepisse, spondetque nemini alii ea nisi regi, vel eo vita functo, Sophiæ reginæ, Vladislao et Casimiro, consorti et filiis ejus, se traditurum esse. Datum in castro Cracoviæ, feria tertia in octava Ascensionis Domini, anno 1431.

Piotr z Pieskowej Skały, prowadził chorągiew pod Grunwaldem 1410, podkomorzy krakowski 1422, wojewoda sandomierski 1431, postąpił na województwo krakowskie 1433, zmarły 1438.

Vladislaus rex Poloniæ Clementi Wątróbka quadringentas quadraginta marcas in villa królowa Wola inscribit. Datum in Korczyn, anno 1431.

Idem Petro Woda ducentas marcas super castro Olsztinensi inscribit. Datum in Niepołomice, post festum S. Elisabethæ, 1433.

Idem Clementi de Brzostowice dat facultatem eximendi oppidum Cieszkowice in districtu Biecensi, scilicet de manibus Procopii Pieniążek de Kruzłowa, et super eo assecurat ipsi summam ducentarum quinquaginta marcarum. Datum in Niepołomice, die S. Elisabethæ, anno 1433.

Abrahamus Niger de Goszczyce, tenutarius castri Czorstinensis, fatetur ratione locationis zupparum Bochnenensium et Vielicensium, tum et proventuum Olkusiensium, ac telonei Cracoviensis per Vladislaum regem sibi constitutæ, duo millia marcarum se quotannis solvere debere. Cracoviæ, anno 1434.

Sophia regina ad fundationem Hedvigis reginæ pro hospitali Biecensi villas Brig et Libusza addit, kmetonibus earundem villarum pro ædificiis plenam incisionem in silvis Beschidy concedit, 1435.

Recognitio Alberti Malski castellani Lanciciensis magistri curiæ

reginalis, ex pacto cum Nicolao subdapifero Cracoviensi, et Joanne germano ejus, hæredibus de Brzezie, ratione castri Dobczyce cum oppido et villis per ipsos pro trecentis marcis resignationis. Datum in Korczyn, anno 1436.

Wojciech Malski, kasztelan łęczycki, postąpił na województwo łęczyckie roku 1438, zmarły 1453.

Paulus de Bogumiłowice judex, et Christinus de Nieprza subjudex Cracovienses, recognoscunt Joannem de Tenczyn palatinum Cracoviensem, ratione retentorum proventuum salis a Seraphino gladifero zupparioque Cracoviensi accepisse intromissionem in piscinam ad Casimiram juxta molendinum capitaneale existentem, permittente Petro præposito Sandomiriensi, canonico Cracoviensi, filio præfati gladiferi. Actum in castro Cracoviensi, in crastino S. Martini, anno 1436?

Jan z Tenczyna, herbu Topor, został podług Niesieckiego wojewodą krakowskim po śmierci Piotra z Pieskowej Skały roku 1438, zmarły 1459.

Joannes Rey de Szumsko judex, et Philippus de Chroberz subjudex Cracovienses, testantur de evictione Nicolai subdapiferi Cracoviensis et Joannis fratrum ab impetitione Petri de Czaiowice per Hancum de Chełm. Anno 1438.

Judicium terræ Cracoviensis testatur nobilem Schachnam consortem Nicolai de Gniewięcin, filiam vero Andreæ de Widczice, villas suas hæreditarias Mikłuszowice et alias Petro de Czcikowice pro sexcentis marcis vendidisse. Datum Cracoviæ, feria secunda infra octavas Corporis Christi, anno 1439.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Poloniæ*, t. III, p. 413.

Joannes Rey de Szumsko judex et Philippus de Chroberz subjudex Cracovienses, recognoscunt Petrum, Nicolaum, Martinum fratres germanos, olim Martini de Moskorzew filios, resignasse castrum et oppidum Dobczyce Vladislao regi. Datum feria tertia ante festum Nativitatis Domini, anno 1439.

Vladislaus III rex Petro de Szczekocin obligandi villam regiam Siedlec in summa quadringentarum marcarum dat facultatem. Datum in Szydłow post festum S. Lamberti, anno 1439.

Władysław III Warneńczyk, od 1434 do 1444.

Idem Clementi Wątróbka de Strzelce castellano Sandomiriensi summam mille quadringentarum marcarum in villa Arteczow et

aliis inscribit. Datum Cracoviæ, in octava SS. Corporis Christi, anno 1439.

Klemens Wątróbka, kasztelan sandomirski, wskazany przez Niesieckiego tylko pod rokiem 1438.

Venditio sortium in Mikłuszowice per Gniewaczka. Datum Cracoviæ, infra octavas SS. Corporis Christi, anno 1439.

Vladislaus rex Joanni de Tenczyn palatino Cracoviensi, et Lutko thesauri notario trecentas sexagenas latorum grossorum Pragensium pro pipere honesto Orzenth consuli Cracoviensi solutas, in censibus magnæ procurationis exsolvendas assecurat et assignat. Datum Cracoviæ, in octava Ascensionis, anno 1439.

Idem Joanni Służka triginta marcas in villa Mirow inscribit. Datum in Koprzywnica die S. Gregorii, anno 1439.

Idem Joanni Służka triginta marcas inscribit. Datum Cracoviæ, anno 1440.

Ejusdem litteræ ad petitionem Andreæ Woieński thesaurarii sui, Predborii ejus filii, Floriani Chranstowski dapiferi Sandomiriensis, et Pacoslai a Brzezie militum de armis Płomień insertionis litterarum testimonialium familiæ ipsorum Philippi Francorum regis sub data Parisiis anno 1065 calendas martii, insertæque aliæ litteræ Boleslai ducis Cracoviensis et Sandomiriensis, una cum Grimislava ducissa Jaskoni de Brzezie militi, dantes libertates omnes erigendi in suis bonis civitates, castra, etc., libertatemque serviendi principibus quibuscunque vicinis et remotis sub anno 1251, et tertias litteras Lesconis ducis Cracoviensis et Sandomiriensis, qui Nicolao de Brzezie concedit liberas venationes, et absolvit eum ab angariis omnibus sub anno 1283. Cracoviæ, die SS. Fabiani et Sebastiani, 1440.

Filip I, król francuzki, czwarty z Kapetów, od 1060 do 1108. Bolesław V Wstydliwy, od 1227 do 1279. Grzymisława matka Bolesława Wstydliwego, żona Leszka białego, poślubiona roku 1208. Leszek Czarny, od 1279 do 1289.

Idem Joanni Służka triginta marcas in villa Mirow inscribit. Cracoviæ, post Conductus Paschæ, anno 1440.

Idem Nicolao Balicki villam Biermanowice ad castrum Oyciec spectantem in centum marcis obligat, anno 1440.

Idem Hincæ de Balice villam Wielka wieś nuncupatam ad castrum Oyciec spectantem in centum marcis obligat. Datum Budæ, die S. Catharinæ, anno 1440.

Idem Bertholdo de Skrzydlna ducentas marcas in ferialibus Vielicensibus inscribit.

Idem Joanni Farurey de Garbow dapifero Cracoviensi summam

quadringentas marcas in villa Ossolnica inscribit. Datum Budæ, sabbato ante festum Assumptionis B. V. Mariæ, anno 1440.

Idem Stanislao Jelitko hæredi de Bożna centum triginta marcas in villa Lipska wola inscribit. Datum Cracoviæ, anno 1440.

Idem Petro Chełmski magistro curiæ principis Casimiri centum marcas in villa Racławice inscribit. Datum in Sandecz, feria quarta post dominicam Jubilate, anno 1440.

Idem Joanni Balicki trecentas quinquaginta marcas in castro Oyciec et villis eo pertinentibus inscribit. Datum in conventu Strigonensi, anno 1441.

Idem ad instantiam Nicolai Lasocki decani Cracoviensis villas ad decanatum Cracoviensem spectantes, videlicet Kobyła et Brzeznica de jure polonico in jus teutonicum transfert. Anno 1441.

Mikołaj Lasocki, na soborze bazylejskim 1434, do biskupstwa poznańskiego 1439 przez Eugeniusza IV niedopuszczony, w Węgrzech od 1440 wierna rada Władysława, od Mikołaja V na biskupstwo kujawskie promowowany 1449, umarł 1450.

Idem generoso Służka burgrabio Olsztinensi summam triginta marcas in villa Mirow inscribit. Anno 1441.

Idem Georgio Sforcz incolæ Cracoviensi dat facultatem liberæ navigationis absque omni contributione. Datum Budæ, anno 1441.

Idem Joanni de Rezenberk decem marcas in Racławice inscribit, anno 1441.

Idem Joanni Gałka de Niedźwiedź ducentas marcas in villis Remiszow et Niedźwiada inscribit. Datum Cracoviæ, anno 1441.

Idem Petro de Szczekocin vicecancellario regni trecentas marcas in oppido Olsztyn inscribit. Datum Budæ, anno 1442.

Piotr Woda ze Szczekocina, herbu Odrowąż, podkanclerzy koronny, podług Niesieckiego dopiero od roku 1448, podług Lelewela od 1438, zginął pod Chojnicami 1454.

Idem Petro de Szczekocin castrum Olsztyn cum oppido Częstochowa, villisque eo ab antiquo spectantibus, ducentis marcis inonerat, eidemque in usum concedit. Datum Budæ, post festum S. Vincentii, anno 1443.

Idem Derslao de Włostow summam quadringentarum marcarum, et quinquaginta sexagenas in villis Łąki et Przyborowe inscribit. Datum Budæ, feria quarta post festum Epiphaniarum, anno 1443.

Idem Joannem et Spytkonem fratres germanos de Melsztyn circa tenutam capitaneatus Rabsztinensis conservat. Datum Budæ, feria quarta in Assumptione B. V. Mariæ, anno 1443.

Idem Joanni Teszner et Abrahamo Nigro arendationem zupparum Olkusiensium pro duobus millibus et ducentis florenis auri hungaricalis per Joannem de Czyżow castellanum et capitaneum Cracoviensem et regni Poloniæ regentem vigesimum institutam confirmat. Datum Budæ, feria quinta ante dominicam Reminiscere, anno 1443.

Jan z Czyżowa, herbu Półkozic, wojewoda sandomirski 1435, kasztelan krakowski 1438, zmarły 1457.

Joannes Teszner consul Cracoviensis promittit, vivente serenissima regina, intuitu summarum sibi super Łobzow inscriptarum, intromissionem in bona eadem se non attentaturum. Cracoviæ, 1443.

Idem quietat Georgium Lubranski factorem zuppariam, 1443.

Vladislaus III rex summam quinquaginta marcarum Joanni Służka in villa Mirow inscribit. Datum Varadini, ante festum Bartholomæi, anno 1444.

Idem Christino de Koziegłowy centum marcas in villa Wyczerpii inscribit. Datum Varadini in octava Assumptionis, anno 1444.

Idem Nicolao de Brzezie mareschalco regni summam mille marcarum in castro et oppido Lanckorona inscribit. Datum Budæ, feria quarta post Invocavit, anno 1444.

Mikołaj z Brzezia, marszałek wielki koronny od roku 1441 do 1458.

Idem donat castrum et oppidum Dobczyce cum villis eo pertinentibus Petro de Kamieniec. Datum Budæ, anno 1444.

Idem Nicolao de Zakrzew mareschalco curiæ confert officium magnæ procurationis. Datum Budæ, die Mariæ Magdalenæ, 1444.

Mikołaj z Zakrzewa, herbu Gryf, marszałek nadworny koronny, tylko w tym roku u Niesieckiego i Lelewela, kasztelan wiślicki 1451, 1465.

Eidem fidejubetur pro Nicolao de Tarna ratione zupparum, 1444.

Phenna Joannis de Woysławice relicta vidua partes suas hæreditatis paternas et maternas in Drwen vel Dzewin Nicolao Mikluszowski de Cikowice, accepta ab eodem solutione coram judicio terrestri Cracoviensi, resignat. Datum in Proszowice, ante festum SS. Corporis Christi, anno 1444.

Joannes de Mokrsko vexillifer Cracoviensis nec non mareschalcus curiæ regni, et Nicolaus de Prawiedniki, et Andreas de Brzeście subjudex Lublinensis recognoscunt, quod Jancza carpentarius Nicolao de Mikłuszowice alias Cikowskiemu ecclesiam extruere debeat juxta pactum. Anno 1445.

Leonardus de Drwen et filius ejus pro centum marcis certam

partem hæreditatis in Drwen obligat coram Joanne de Czyżow castellano et capitaneo Cracoviensi. Cracoviæ, anno 1445.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Pol.*, t. III, p. 423.
JAN Z CZYŻOWA, herbu Półkozic, kasztelan i starosta krakowski, zmarły 1457.

Martinus de Moskorzew Catharinæ consorti suæ, filiæ Clementis castellani Vislicensis, quingentas marcas latorum grossorum in castro Dobczyce et villis eo pertinentibus nomine dotis coram Zbigneo de Brzezie mareschalco regni et capitaneo Cracoviensi inscribit. Cracoviæ, anno 1445.

KLEMENS wspomniany jako kasztelan wiślicki u Rzyszczewskiego (t. I, p. 281), ale jeszcze pod rokiem 1408. ZBIGNIEW Z BRZEZIA wspomniany, jako marszałek wielki koronny u tegoż (t. I, p. 243, 300), pod rokiem 1416 i 1422. Roku zaś 1445 był podług Niesieckiego marszałkiem wielkim koronnym Mikołaj z Brzezia, zmarły 1458.

Nicolaus Pieniążek de Witowice succamerarius et capitaneus Cracoviensis testatur Leonardum de Drwen et Leonardum ipsius filium pro centum marcis Petro Cikowski subjudici terræ Cracoviensis partem hæreditatis suæ in Drwen vel Dzewin obligasse. Datum Cracoviæ, anno 1445.

Leonardus de Drwen et Leonardus filius ejus recognoscunt se villam Drwen in centum marcis obligasse Petro Cikowski subjudici Cracoviensi. Datum Cracoviæ, post festum S. Floriani, anno 1445.

Casimirus rex Joanni de Tenczyn ducentas marcas in Rabsztyn inscribit. Datum Thorunii, ante festum XI millium Virginum, 1446.

KAZIMIERZ IV, od 1445 do 1492.

Joannes de Czyżow castellanus et capitaneus Cracoviensis testatur quod Joannes Garczkowski fide jussit pro Koczanowski ratione septuaginta marcarum, anno 1447.

Idem testatur acceptam esse intromissionem ex parte Petri Pieczowski subjudicis Cracoviensis in villam Mikłuszowice, anno 1447.

Joannes Bokun de Junossy judex, et Joannes de Pielgrzymowice subjudex Cracovienses, testantur tempore antecessorum suorum judicii terrestris Cracoviensis Annam Joannis Czop de Mszona partem suam in Drwen vel Dzewin Petro de Miastkowa et Alberto de Fasciszowa pro viginti sex marcis vendidisse. Anno 1450.

Joannes de Czyżow castellanus et capitaneus Cracoviensis significat Nicolaum de Wizduże a Nicolao Cikowski de Mikłuszowice, filio olim Petri Cikowski subjudicis Cracoviensis, exemptum esse de obli-

gatione in Dzewin, et satisfactionem ipsi præstitam esse. Datum Cracoviæ, anno 1455.

Casimirus rex Joanni de Tenczyn palatino Cracoviensi summam octingentarum marcarum in oppido Koszyce Kuchary inscribit. Datum Brestæ, ante festum Purificationis, anno 1455.

Jan z Tenczyna, herbu Topor, wojewoda krakowski od 1438 do 1459.

Idem dat facultatem eximendæ villæ Pław et Pławka wola de manibus Joannis Mielecki Petro et Joanni de Zabierzow, 1456.

Idem Prædislao de Dmoszyce præfecturam Scepusiensem concedit, et in sex millium quingentorum florenorum ad extenuationem obligat, accipitque ab eo obligationem defalcandæ hujus summæ ex proventu annuo reddendæque superantis summæ, tum gubernandi castri Lublo et terræ Scepusiensis. Datum in Piotrkow, anno 1456.

Idem Joanni Gałka de Niedźwiedź centum marcas adscribit in villis Rokowiszow, Niedźwiada et Lubcza. Cracoviæ, anno 1458.

Nicolaus Pieniążek de Witowice succamerarius et capitaneus Cracoviensis recognoscit Joannem de Tenczyn palatinum Cracoviensem, ratione retentorum proventuum salis a Seraphino gladifero, zupparioque Cracoviensi, accepisse intromissionem in piscinam ad Casimiriam juxta molendinum capitaneale existentem, permittente Petro præposito Sandomiriensi, canonico Cracoviensi, filio præfati gladiferi. Actum in castro Cracoviensi, anno 1459.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. III, p. 424. Okazuje się z tego dokumentu, że Jan z Tęczyna był już w tym roku kasztelanem krakowskim, umarł 1468.

Litteræ Casimiri regis de piscina post civitatem Casimiriensem marcis quadringentis redempta. Datum die Inventionis S. Crucis, anno 1460.

Casimirus rex ad petitionem Pauli Odrowąż de Sprowa gladiferi Leopoliensis villas ejus Dzewaticze, Zdziemierzyce, Obraniusklenice, Komorzniki et Gory de jure polonico in jus teutonicum transfert. Datum in conventione generali Petricoviensi, anno 1462.

Joannes de Zdziemierzyce Paulo Odrowąż de Sprowa castellano Leopoliensi et ejus successoribus legitimis medietatem molendini in Zdziemierzyce pro triginta marcis vendit. Datum in Proszowice, feria quinta post festum S. Francisci confessoris, anno 1463.

Paweł Odrowąż ze Sprowy, z miecznika kasztelan lwowski, u Rzyszczewskiego t. II, pars 2, p. 554 pod rokiem 1470, u Niesieckiego i Lelewela niewspomniany.

Casimirus rex Jacobo de Dębno thesaurario regni, Cracoviensi capitaneo pro reparatione domus braxatoris sub castro Cracoviensi

sitæ sexaginta marcas in eadem domo assignat. Datum in Troki, die S. Apolloniæ, anno 1465.

Jakub Dębiński, (Odrowąż ze Szczekocina) podskarbi koronny 1462, wojewoda sandomirski i kanclerz 1472, pobił Komorowskiego stronę Węgrów trzymającego, kasztelan krakowski 1477, umarł 1490.

Judicium terrestre Cracoviense recognoscit Elisabetham uxorem olim Leonardi de Drwen una cum Petro Roznora sortes suas hæreditarias in Drwen vel in Dzewin existentes in toto resignasse Nicolao Cikowski de Mikłuszowice, hæredi ejus et successoribus pro centum septuaginta tribus marcis. Datum Cracoviæ, feria quarta post festum S. Joannis Baptistæ, anno 1465.

Casimirus rex Joanni de Tenczyn summam mille quingentorum septuaginta florenorum hungaricalium minus medio floreno in Rabsztyn inscribit. Anno 1465.

Idem compensando affectum prælatorum, baronum, procerum et nobilium præcipue terræ Cracoviensis, qui in expeditionem bellicam in Prussia certas contributiones, videlicet unum fertonem de quolibet laneo, et duos grossos a qualibet marca bonorum mobilium et immobilium ex civitatibus tam regalibus et spiritualibus, quam sæcularibus concesserant, omnes contributiones fertonum, tum et alias exactiones cassat, tollit et annihilat, eosque liberos et immunes ab eis declarat. Datum in conventione generali Petricoviensi, die dominico Palmarum, anno 1466.

Ferton inaczej wierdunek jest czwarta część grzywny, czyli złotych dzisiejszych 8, groszy 21. Grosz ówczesny wart był dzisiejszych prawie 22, grzywna złotych 34, groszy 27.

Idem summas, unam ducentarum marcarum latorum grossorum Pragensium, alteram vero ducentarum marcarum mediorum grossorum Polonicalium per Vladislaum regem Hincæ inscriptas, et per Nicolaum Mleczko de Jedlica eidem Hincæ repositas confirmat. Datum Cracoviæ, anno 1467.

Nicolaus Mleczko recognoscit se debere centum marcas Casimiro regi Poloniæ. Cracoviæ, feria quinta post festum S. Mariæ Magdalenæ, anno 1467.

Casimirus rex venerabili Alberto de Zychlin vicecancellario regni dat consensum eximendi quædam prata extra muros Casimirienses inter piscinam regiam et laterificium contigua muris corporis Christi de manibus Lutkonis canonici Posnaniensis thesaurorum regiorum notarii cum additione sexaginta marcarum. Datum Cracoviæ, feria tertia post festum Conductus Paschæ, anno 1468.

Wojciech Zychliński, podkanclerz koronny, zmarły 1472.

Idem Raphaeli Rigielski summam quinquaginta marcarum in castro Biecz inscribit. Datum Cracoviæ, feria tertia ante Pentecostes, anno 1469.

Alexius filius Garalth de Faszizethrowa hæres totas suas partes in Drwen vel Dzewin paternas et maternas Nicolao de Mikluszowice pro centum sexaginta marcis vendit coram Joanne Bokun de Junossy judice, et Joanne de Pielgrzymowice subjudice terræ Cracoviensis generalibus. Datum Cracoviæ, post festum Epiphaniarum, anno 1469.

Joannes Bokun de Junossy judex, et Joannes de Pielgrzymowice subjudex Cracovienses testantur Alexium filium Garalth hæredis de Faszizethrowa sortes suas in Drwen vel Dzewin Nicolao Cikowski de Mikluszowice pro centum viginti sex marcis vendidisse. Datum in Proszowice, in vigilia Corporis Christi, anno 1470.

Iidem recognoscunt Petrum de Tszczyniec partes suas hæreditarias in Drwen vel Dzewin Nicolao Cikowski de Mikluszowice vendidisse. Anno 1470.

Consules civitatis Cracoviensis recognoscunt se recepisse de manibus Gregorii Lubrański zupparii restantes mille florenos ac complementum summæ quatuor millium sibi debitæ. Cracoviæ, die S. Stanislai, anno 1470.

Grzegorz Deitarus Lubrański, w legacyi do cesarza 1469, podkanclerz koronny i żupnik, umarł 1496.

Casimirus rex certis civibus Cracoviensibus obligat censum ex sutoribus Cracoviensibus et macellis Casimiriensibus provenientem in mille trecentis aureis. Cracoviæ, in vigilia Omnium Sanctorum, anno 1471.

Idem Joanni Kobyliński dapifero Cracoviensi summam duorum millium et quingentorum florenorum hungaricalium in oppido Słomniki inscribit. Cracoviæ, sabbato ante festum S. Mariæ Magdalenæ, anno 1471.

Idem Stanislao Lang consuli Cracoviensi census annuales Cracovienses, Clepardienses, Casimirienses, Vielicenses pro summis certis vendit. Cracoviæ, in crastino S. Martini, anno 1471.

Idem Andreæ de Szydłowiec duo millia florenorum hungaricalium puri auri mutuo accepta in oppido Proszowice inscribit, 1471.

Idem recognoscit se Imramo et Petro fratribus germanis Salomonowicze dictis, civibus Cracoviensibus, hæredibus in Ogrodzieniec undecim centenos florenos hungaricales justi et puri auri debere, eamque summam in variis bonis inscribit. Cracoviæ, 1471.

Idem Stanislao Lang consuli Cracoviensi mille ducentorum florenorum, casu in definito tempore non solutionis, assecurat in variis censibus regalibus Cracoviensibus, Stradomiensibus jure reemptionali alias *wyderkaf*. Datum Cracoviæ, in crastino S. Martini, anno 1471.

Wyderkaf nie jest co innego jak zastawa, którą wymyślono w średnich wiekach dla uniknienia zarzutu o lichwę. Zaczęto summą dziesięciu grzywien kupować jednę grzywnę dochodu, a ziemia dająca tę intratę zostawała przy wierzycielu aż do jej wykupienia przez dłużnika. Samo nazwisko dowodzi, że ten zwyczaj zakupowania czynszu przyszedł z Niemiec do Polski. Pozwolenie kupowania takowego przychodu wychodziło od królów polskich aż do panowania Zygmunta Augusta. Ale kiedy w środku szesnastego wieku przekonano się, że każdy może kupić wygodę używania cudzych pieniędzy, a nikt darmo drugiemu pożyczać nie jest obowiązany, zaczęto się obchodzić bez pozwolenia na to władzy rządowej.

Idem Joanni Kobyliński mille florenos in oppido Słomniki assecurat et inscribit. Datum Cracoviæ, in vigilia S. Jacobi apostoli, anno 1471.

Ejusdem litteræ super aggerem piscinæ in Słomniki. Datum Cracoviæ, anno 1471.

Idem certum debitum ecclesiæ S. Nicolai ad Cracoviam inscribit super molendinis villæ Rakowice. Cracoviæ, 1471.

Idem Petro Lang et Paulo Bar civibus Cracoviensibus molendinum Kamień nuncupatum ante portam Sutoriam in suburbio Cracoviensi in summa quatuor millium florenorum usque ad exemptionem inscribit. Cracoviæ, ante festum SS. Simonis et Judæ, 1471.

Judicium terræ Cracoviensis recognoscit Joannem Białkowski vigore consensus regii exemisse villam Troianowice de manibus Stanislai Sigismundi carnificis de Cracovia, anno 1471.

Idem Gregorium Lubrański factorem zupparium de summa novem millium quadringentorum et tredecim cum medio florenorum hungaricalium quietat. Cracoviæ, anno 1472.

Idem dat consensum Zbigneo de Tenczyn eximendi castrum Oyciec et villas eo pertinentes de manibus Margarethæ relictæ olim Nicolai Balicki conjugis cum assecuratione summarum in eandem exemptionem erogatarum. Datum in Piotrkow, feria tertia post festum S. Martini, anno 1472.

Clerus B. Mariæ Biecensis constituit plenipotentiam ad levandas marcas sexaginta ab officialibus zupparum Bochnensis et Vielicensis. Die 26 septemb., anno 1472.

Proceres regni Poloniæ testantur summam tredecim millium per regem Casimirum pro stipendiis militantium in Hungaria exceptam

esse a consulibus et communitate Cracoviensi, eamque assecurant in proventibus salis minuti Vielicensis. Datum in conventione Petricoviensi, anno 1472.

Casimirus rex Stanislao Wątróbka de Strzelce castellano Sandecensi villas Przyborów et Łąki in ducentis marcis obligat. Datum Cracoviæ, post festum S. Jacobi, anno 1472.

Idem recognoscit Gregorium Lubrański factorem zupparum summam duodecim millium et quadringentorum septuaginta florenorum in thesaurum suum importasse, item centum triginta duos florenos. Datum Thorunii, anno 1472.

Idem Hano Bork civi et mercatori Cracoviensi molendinum Praszeczny in sexingentis septuagintis et quinque cum medio florenis hungaricalibus obligat. Datum Cracoviæ, ante festum S. Margarethæ, anno 1472.

Idem quietat Lubranscium de exposita pecunia. Anno 1473.

Idem Stanislao Wątróbka de Strzelce castellano Sandecensi ducentas marcas in villis Przyborów et Łąki inscribit. Feria sexta post festum Omnium SS., anno 1473.

Idem Lubranscium factorem zupparum de certis summis quietat. Anno 1473.

Consules civitatis Cracoviensis Gregorium Lubrański de summa duodecim millium et quadringentorum hungaricalium in zuppis Vielicensibus vigore inscriptionis regiæ quietant. Datum Cracoviæ, ante festum S. Margarethæ, anno 1473.

Casimirus rex Gregorium Lubrański quietat de certis summis cum scitu et voluntate regia expensis. Anno 1473.

Ejusdem consensus Paulo de Szczekocin obligandi villam regiam Siedlec in summa ducentorum hungaricalium Joanni Iwaniec. Datum Petricoviæ, feria sexta Visitationis B. V. Mariæ, anno 1474.

Idem Gregorium Lubrański zupparum præfectum quietat de certis summis pro stipendiariis et aliis expensis erogatis. Datum in castris ad Częstochoviam, die dominica Judica, anno 1474.

Idem pro Janussio Długosz debito trium millium florenorum Nicolao Słabosz intercedens in castro Oyciec illud ipsum inscribit. Anno 1474.

Jan Długosz, herbu Wieniawa, kanonik krakowski, na rok przed śmiercią nominowany arcybiskupem lwowskim, historyk i nauczyciel synów Kazimierza Jagiellończyka, umarł roku 1480.

Consules civitatis Cracoviensis quietant Gregorium Lubrański de

mille florenis a summa quatuor millium florenorum sibi a rege debita. Anno 1474.

Nicolaus Manayko et Stanislaus fratres germani hæredes de Wielogłowy, ex vi juris patronatus præsentant Burkandum ad ecclesiam in villa Siepraw. Datum in Wielogłowy, in vigilia SS. Petri et Pauli, anno 1474.

Casimirus rex summam trium millium et ducentorum florenorum hungaricalium, quam a Martino Zborowski ad fidejussionem Joannis de Pilca castellani Cracoviensis, Zbignei vicecancellarii, et Andreæ de Oleśnica, mutuo acceperat, certo tempore eidem Zborowski se exsoluturum promittit, et in casu non solutionis eandem cum vadio in zuppis Cracoviensibus inscribit. Datum in Wislica, ante festum S. Agnetis, anno 1474.

Jan z Pilcy, herbu Leliwa, syn Wincentego Granowskiego i Elżbiety z Pilcy, która Władysława Jagiełłę poślubiła, kasztelan krakowski 1468, umarł 1477. Zbigniew Oleśnicki, herbu Dębno, biskup kujawski i podkanclerz koronny 1473, składa pieczęć 1475, arcybiskup gnieźnieński 1480, Jana Alberta ogłasza i koronuje 1492, umarł 1493. Marcin Zborowski, herbu Jastrzębiec (z Rytwian), wojewoda łęczycki 1493. Paprocki naliczył mu dwudziestu synów, z których ośmiu w wojnie pruskiej zginęło.

Idem Imramo et Petro Salamonowiczom fratribus germanis, civibus Cracoviensibus, in Ogrodzieniec hæredibus, pro quadringentis hungaricalibus florenis paratis, et ducentis centariis plumbi, quemlibet per duos florenos computando, vendit jure reemptionali censum a pistoribus Cracoviensibus annuum, videlicet viginti septem marcarum, et tredecim marcarum de proventibus Vielicensibus, et tres bancos salis. Datum in Korczyn, post festum Purificationis B. V. Mariæ, anno 1474.

Idem quietat Gregorium Lubrański de certis summis. Anno 1474.

Idem eundem Lubransium de certis summis in thesaurum suum per manus Thomæ Trąbczyński canonici Posnaniensis importatis quietat. Datum in Mstow, die S. Ægidii, anno 1474.

Idem villas Stanisławice et Cikowice ab Amore de Tarnow palatino Cracoviensi emit pro trecentis hungaricalibus florenis. Datum in Niepołomice, anno 1474.

Jan Amor z Tarnowa, kasztelan sandecki 1454, wojnicki 1461, wojewoda krakowki 1480, postąpił na kasztelanią krakowską 1490, umarł 1500.

Idem Felici de Paniewo armigero suo mille ducentorum quinquaginta florenorum auri puri in villa Łobzow prope Cracoviam inscribit. Anno 1474.

Margaretha consors Nicolai Cikowski de Andryszowice tertiam

partem dotis suæ, et alias summas, filiis suis quos habet et quos habebit cum marito suo Nicolao donat. Anno 1475.

Consules Cracovienses recognoscunt quod a Gregorio Lubrański rectore zupparum mille florenorum perceperint. Anno 1475.

Casimirus rex quietat Lubranscium. Datum in Kozienice, 1475.

Idem de mille quadringentis florenis eundem quietat in castro Mariæburgensi. Anno 1476.

Idem eundem quietat de quadringentis sexaginta novem florenis hungaricalibus et octo grossis. Datum in Brzeście, feria secunda ante S. Petri ad Vincula. Anno 1476.

Joannes episcopus Cracoviensis quadraginta dies indulget illis, qui pro restauratione ecclesiæ in Czechow contribuent eleemosynam, quoties sex lapides aut robora conduxerint. Cracoviæ, die 10 julii, anno 1476.

Jan Rzeszowski, biskup krakowski, od 1471 do 1488.

Casimirus rex de mille quadringentis florenis Gregorium Lubrański quietat. Datum in castro Mariæburgensi, anno 1476.

Idem eundem de mille quadringentis septuaginta novem florenis hungaricalibus et octo grossis pro stipendiariis militibus erogatis quietat. Anno 1476.

Idem villam Słomniki in summa duorum millium et trecentorum triginta florenorum hungaricalium Hieronymo Kobyliński inscribit et obligat. Sabbato, die S. Matthæi apostoli, anno 1476.

Idem Felici de Paniewo trecentas marcas in castro Czorsztynensi inscribit. Anno 1476.

Idem Gregorium Lubrański zupparium Cracoviensem quietat de summa sexcentorum quinquaginta novem aureorum. Datum in Marienburg, infra octavas Corporis Christi, anno 1476.

Idem Felici de Paniewo tenutario Żydaczoviensi centum marcas in castro Czorsztyn inscribit. Cracoviæ, anno 1477.

Idem eidem quingentos hungaricales florenos inscribit in eodem castro. Anno 1477.

Idem Stanislao Wątróbka de Strzelce palatino Belzensi centum marcas super villis Przyborów et Łąki inscribit. Datum in nova civitate Korczyn, in festo S. Joannis Baptistæ, anno 1477.

Stanisław Wątróbka Strzelecki, wojewoda belzki, u Niesieckiego tylko pod rokiem 1478.

Idem Joanni de Rytwiany palatino Cracoviensi sex marcas latorum grossorum Pragensium, et quatuor coros avenæ ad quælibet

quatuor tempora per Gregorium Lubrański zupparum factorem persolvendos assignat. Datum in Korczyn, die SS. Petri et Pauli, anno 1477.

Jan z Rytwian, herbu Jastrzębiec, marszałek wielki koronny 1458, kasztelan sandomirski 1474, wojewoda krakowski 1477, zmarły 1480.

Ejusdem consensus Andreæ Strasz circa eximendam villam Mszana et Bystrzyca, scultetiamque emendam. Anno 1477.

Idem Eleazaro Rozen dat facultatem redimendi Cieszkowice de manibus Marcissi de Wrocimowice dapiferi Cracoviensis. Datum Petricoviæ, sabbato die S. Agnetis, anno 1478.

Idem Jacobo de Paniewo inscribit quadraginta hungaricalium florenorum super Czorsztyn. Anno 1478.

Idem Zbigneo de Włodzisław dat consensum eximendi castrum Oyciec de manibus Nicolai Słabosz. Datum in nova civitate Korczyn, infra octavas B. V. Mariæ, anno 1479.

Paulus de Szczekocin capitaneus Olsztinensis, de consensu Casimiri regis, Joanni Iwaniec in villa Siedlec ducentos florenos in auro inscribit. Datum in nova civitate Korczyn, anno 1479.

Zbigneus Włodzisławski, de consensu Casimiri regis, eximit castrum Oyciec de manibus Nicolai Słabosz, eidem summam mille septingentarum septuaginta marcarum reponit in præsentia Jacobi de Dębno castellani et capitanei Cracoviensis, et ad hanc rem aliorum a rege deputatorum commissariorum. Anno 1480.

Jakub Dębiński, herbu Rawicz, kasztelan krakowski od 1477 do 1490.

Nicolaus Synowiec de Zandowice, cedit certis conditionibus de villis Zandowice, Przybysławice, Cząbrowice, Okoła, et quatuor laneis in Falibogowice, nec non de summis pecuniariis in partem regis Poloniæ Casimiri. Datum in Troki, die dominico post festum S. Stephani, anno 1482.

Nicolaus et Joannes de Zakliczyn hæredes, nati olim Jordan magistri montium et fodinarum salis, locum seu aream desertam in oppido Wieliczka sitam, contiguam monti salis *królowa góra* dicto pro triginta florenis hungaricalibus vendunt. Datum in Wieliczka, post Conductus, anno 1483.

Stanislaus præpositus Kielcensis, canonicus et præpositus Cracoviensis, testatur anno 1469 recognovisse Annam filiam olim Parcz de Cwiantczyce nullum se jus patronatus ad ecclesiam Mikluszowice habere, sed illud haberi Nicolao Cikowski patrono dictæ ecclesiæ et hæredibus ejus. Datum Cracoviæ, anno 1483.

Casimirus rex dat consensum Annæ Woynarowska oppidum Cieszkowice in districtu Biecensi de manibus Eleazari Rozen de Kęszna eximendi. Anno 1484.

Idem Nicolao Myszkowski dat consensum eximendi centum marcarum septuaginta unam pragensium in oppido Kenty de manibus Marussii Horkacz. Datum in Korczyn, anno 1485.

Idem Felici de Paniewo dapifero Sandomiriensi centum marcas in oppido Czorsztyn inscribit. Cracoviæ, anno 1485.

Idem Janussio Farnassi Hungaro censum viginti marcarum ex advocatia Cracoviensi sibi provenientium in ducentis marcis obligat. Datum sabbato post octavas Corporis Christi, anno 1485.

Stanislaus et Joannes de Brzezie fratres germani septingentas marcas Henrico de Kamieniec castellano Sanocensi ad decursum trium annorum sub obligatione bonorum suorum hæreditariorum Posniatowice, Wiśniowa, Wisniki et Winiary solvendas obligant. Datum Cracoviæ, post Reminiscere, anno 1486.

Casimirus rex Felici de Paniewo castellano Leopoliensi quadringentas mascas et quinquaginta hungaricalium auri puri in castro Czorsztyn et villis eo spectantibus inscribit. Datum Petricoviæ, 1487.

Felix z Paniewa, z Warneńczykiem na Węgrzech, zostaje ze swym oddziałem u Huniada, poślubiwszy siostrzenicę Macieja bijo Turków, kasztelan lwowski, zmarły 1488.

Idem Joanni episcopo Cracoviensi villas Zielonki et Troianowice in summa mille quadringentorum florenorum hungaricalium obligat. Anno 1487.

Jan Rzeszowski, biskup krakowski, od 1471 do 1488.

Idem Andreæ de Tenczyn castellano Woinicensi summam centum hungaricalium in castro Biecz inscribit. Anno 1487.

Jędrzej Tenczyński, herbu Topor, kasztelan wojnicki, położony u Niesieckiego tylko pod rokiem 1493, u Lelewela od 1491, umarł 1508.

Judicium terræ Cracoviensis attestatur Georgium Sniecz dictum villas Klimuntow et Siedlec Casimiro regi pro sexingentis marcis et *szubam hatłasy* marduribus subductam et pelliceo vulpino ventrino, ac viginti ulnas panni florentini vendidisse. Cracoviæ, anno 1487.

Casimirus rex Felici de Szeligow quadraginta marcas super Czorsztyn inscribit. Anno 1487.

Idem rex exsoluta summa trecentorum quinquaginta florenorum Georgio Sniecz de Morawica pro villis Siedlec et Klimuntow et *szuba* damasci marduribus subducta et pelliceo ventrino, ac viginti

ulnis panni florentini, residuum videlicet ducentos et quinquaginta florenos pro festo proximo Pentecostes soluturum, anno eodem se promittit. Anno 1487.

Idem dat facultatem civibus Casimiriensibus prata regalia extra muros Casimirienses, inter piscinam regalem et laterificium, pratis monasterii Corporis Christi canonicorum regularium contigua, redimendi de manibus Joannis Valther civis Cracoviensis. Datum Cracoviæ, die S. Sophiæ, anno 1487.

Nicolaus Strasz de Białaczow judex, Martinus de Konary subjudex Cracovienses, testantur Stephanum Koracz de Kozłów villam Pogonia, et totam sortem villæ Siedlec Casimiro regi pro septingentis marcis vendidisse. Datum Cracoviæ, ante festum S. Gregorii, anno 1489.

Nicolaus Mleczko Andreæ de Zakrzew scultetiam in Mszanka pro centum marcis vendit. Anno 1489.

Casimirus rex Joannem Burzymowski factorem zupparum de duobus millibus..... quietat. Anno 1489.

Quietatio Joannis Amor de Tarnow palatini Cracoviensis de acceptis octingentis hungaricalibus florenis pro villis Stanisławice et Cikowice per Casimirum regem. Datum Cracoviæ, anno 1489.

Litteræ exemptionis census sexdecim marcarum in macellis seu bancis sutorum Cracoviensium pro quingentis florenis auri puri. Anno 1489.

Jacobus de Dambno remittit Casimiro regi certas summas in bonis Sandecz et Biecz sibi inscriptas. Anno 1489.

Nicolaus Strasz judex et Martinus de Konary subjudex Cracovienses recognoscunt quod coram ipsis Joannes Amor de Tarnow vendidit totam villam Stanisławice Casimiro regi Poloniæ. 1489.

Casimirus rex Cyrillo de Wygnanow centum quadraginta aureos inscribit super villis Stanisławice et Cikowice. Anno 1490.

Idem Zbigneo Włodzisławski curiensi suo quinquaginta marcas in castro Oyciec et villis eo pertinentibus inscribit. Anno 1490.

Idem summam ducentorum hungaricalium a Petro Salomonis cive et consule Cracoviensi mutuo acceptam inscribit in custodia piscium Cracoviensi. Datum Cracoviæ, post festum S. Francisci, anno 1490.

Confirmatio privilegii molendinatori in Lelow super tertiam mensuram serviendam. Anno 1490.

Joannes Amor de Tarnow palatinus Cracoviensis recognoscit summam mille trecentorum florenorum hungaricalium pro villa Stanisławice et aliis a rege Casimiro totaliter et effective sibi enumeratam

et repositam esse, de eaque eundem regem quietat. Cracoviæ, in vigilia Pentecostes, anno 1490.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Pol.*, t. III, p. 464.

Casimirus rex Petro Wronka molendinatori Leloviensi et filiis ejus Nicolao, Joanni et Petro privilegium super idem molendinum, sub titulis Zbignei de Brzezie regni Poloniæ mareschalci, et Predborii de Koniecpole castellani Sandecensis confirmat. Petricoviæ, anno 1490.

U Niesieckiego położony pod tym rokiem Rafał Jarosławski, herbu Leliwa, jako marszałek wielki koronny.

Idem Mathiæ palatino Posnaniensi ducentas marcas in Lelow inscribit. Datum in Radom, ante festum S. Mathæi, anno 1491.

MACIEJ z BNINA OPALIŃSKI, wojewoda poznański, u Niesieckiego zmarły r. 1480.

Idem Petro Salomonis consuli civitatis Cracoviensis ducentos florenos hungaricales in mutuum filio suo Joanni Alberto datos super custodia piscium Cracoviensi inscribit. Cracoviæ, post festum S. Jacobi, anno 1491.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Pol.*, t. III, p. 467.

Idem Nicolao et Joanni de Wapowice centum viginti florenos hungaricales in villa Zielonki inscribit. Datum Cracoviæ, post festum S. Jacobi, anno 1491.

Stanislaus Przedbor advocatus provincialis cum scabinis Cracoviensibus recognoscunt Margaretham Joanni Czopek vendidisse sculpetiam in magna villa ad Oyciec pertinenti. Anno 1492.

Fridericus electus ecclesiæ Cracoviensis Stanislao Jarocki bona Siewier et Sławków concedit ad vitæ suæ tempora. Anno 1492.

FRYDERYK królewicz, po Janie Rzeszowskim biskup krakowski, zmarły 1503.

Joannes Albertus rex censum a pistoribus Cracoviensibus provenientem consulibus civitatis Cracoviensis, altaris sanctorum Benedicti abbatis, Viti et Modesti, patronis, vendit pro trecentis sexaginta florenis hungaricalibus in usum ejusdem altaris convertendis, 1493.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Poloniæ*, t. III, p. 469.
JAN ALBERT, od 1492 do 1501.

Idem prælatos et barones universos palatinatus Cracoviensis eximit ab omnibus exactionibus, et quarta parte censuum ex censibus propriis, et quolibet kmetonum laneo fertone, et ab exactione civili vasorumque? contributione. Datum in conventione generali Petricoviensi, post Invocavit. Anno 1493.

Litteræ Joannis Alberti quibus significat se Bartholomæo Prussek de Cracovia, artium baccalaureo et presbytero, proventus omnes a pistoribus Cracoviensibus provenientem pro summa quadringentorum florenorum hungaricalium vendidisse. Cracoviæ, anno 1493.

Idem dat consensum Baranowska oppidum Cieszkowice cum Kupiczna, Bogumienice et Ostruża eximendi de manibus Annæ Woynarowska. Cracoviæ, anno 1496.

Idem mille marcas super oppido Lelow assecurat palatino Posnaniensi. Datum Cracoviæ, anno 1496.

Tego roku umarł wojewoda poznański, Jan Swidwa Szamotulski i tegoż roku nastąpił po nim Jan Czarnkowski; niewiadomo tedy któremu z nich Jan Albert tysiąc grzywien zapisał.

Consensus Joannis Alberti regis super inscriptionem census in advocatia Cracoviensi Joanni Verestæ. Anno 1498.

Nicolaus Strasz de Białaczow judex, et Joannes de majori Modlnica subjudex Cracovienses, recognoscunt quod Nicolaus et Stanislaus Cikowscy fratres germani de Mikłuszowice hæredes, villam Mikłuszowice, Drwen, et partem in Dzewin vendiderunt Joanni Alberto regi pro mille et trecentis marcis. Cracoviæ, post festum S. Tiburtii, anno 1499.

Joannes Albertus rex dat Joanni Martknath Swolski stationem quinquaginta marcarum in Mogiła. Anno 1501.

Idem Isaco Hispano medico ex contributione Judaica annuali duodecim marcas singulis annis assignat solvendas. Anno 1501.

Alexander rex Joannis Alberti regis privilegium Sigismundo Opaviæ, Glogoviæ et Silesiæ duci super teloneum Sandomiriense, et summam mille octingentorum florenorum in zuppis Cracoviensibus concessum approbat. Cracoviæ, feria quarta infra octavas Epiphaniæ, anno 1502.

Alexander od 1501 do 1506.

Idem Sigismundo fratri suo majoris Głogoviæ, Opaviæ, Silesiæ duci summam triginta millium florenorum hungaricalium inscribit in castris Olsztyn, Kazimierz et Biecz, et omnibus villis ad eadem spectantibus. Cracoviæ, feria quarta ante festum SS. Simonis et Judæ, 1502.

Zygmunt, xiążę głogowski i opawski, brat młodszy króla Alexandra, i następca po nim na tron polski, otrzymał od niego te wszystkie dochody w Koronie w zamian za zrzeczenie się praw swoich do dziedzictwa części Litwy.

Idem rex præsentat venerabilem Górka ad decanatum et canonicatum Cracoviensem. Sandomiriæ, anno 1502.

Idem dat litteras expectativæ super tribunatum Cracoviensem Stanislao Jarocki, alias litteras a se Joanni a Tenczyn Rabsztyński super hoc datas cassat. Vilnæ, die S. Clementis, anno 1502.

Idem dat consensum Christophoro nobili Taslik Nachurski militi Hierosolimitano eximendi oppidum Cieszkowice cum villis eo pertinentibus de manibus Baranowska. Vilnæ, feria quinta in octava Ascensionis, anno 1503.

Idem eidem in recompensam pro statione in bonis ad monasterium Lendense spectantibus mensuram cum duobus famulis in zuppis Bochnensibus, locationem trium equorum assignat et ordinat. Brzeście, ante dominicam Palmarum, anno 1504.

Idem Zaifreth Bethman obligat zuppas Olkusienses in quatuor millibus et quingentis florenis hungaricalibus. Anno 1504.

Idem mutuo sibi datam summam mille florenorum in monetaria tribus ratis per Joannem Boner et Thurzo exsolvendam proconsuli et consulibus Cracoviensibus assignat. Anno 1504.

Idem Christophoro Taslik Nachurski militi Hierosolimitano capitaneo in Cieszkowice duas domos, unam Szwantowski, alteram Wantowski dictam, in oppido Cieszkowice sitas in duos mansos agri confert, una cum immunitate ab oneribus contributionum. Datum in conventu Radomiensi, anno 1504.

Idem summam duorum millium florenorum in zuppis Vielicensibus Sigismundo duci Opaviæ majoris, Glogoviæ, etc., fratri suo germano inscribit. Anno 1504.

Idem dat mandatum Joanni Jordan castellano Biecensi, zuppario Cracoviensi, ratione solvendarum summarum principi Sigismundo Opaviæ etc., duci, germano suo, in zuppis inscriptarum. Datum Cracoviæ, sabbato Animarum, anno 1504.

Idem summam mille quadringentorum florenorum hungaricalium mutuo acceptam a consulibus Cracoviensibus super molendino ante valvam S. Nicolai et duabus mensuris ad bona mensæ regiæ spectantibus inscribit. Anno 1504.

Idem recognoscit Joannem Jordan de Zakliczyn castellanum Biecensem, præfectum zupparum, certas summas creditoribus suis exsolvisse, easque ex proventu zupparum eidem Jordan extenuari debere declarat. Datum Petricoviæ, sabbato ante Invocavit, 1504.

Jan Jordan z Zakliczyna, żupnik bochneński i wielicki, kasztelan biecki 1504, trzymał w zastawie starostwo spiskie od Bonera wykupione, umarł 1507.

Idem super censu regio macellorum Cracoviensium pro altaribus in ecclesia parochiali B. V. Mariæ in circulo fori Cracoviensis sum-

mam mille ducentorum florenorum per mediam sexagenam computatorum inscribit et assecurat usque ad exemptionem. Cracoviæ, in festo Epiphaniarum, anno 1504.

Idem mandat Joanni Jordan de Zakliczyn castellano Biecensi, zuppario Vielicensi, ut mille ducentos triginta florenos solvat Hieronymo Jeżowski. Anno 1504.

Idem Joanni consuli Cracoviensi mille octingentos florenos in monetaria ad solvendum assignat. Cracoviæ, die S. Annæ, 1504.

Idem Christophoro Taslik Nachurski sexaginta marcas assignat ex zupppis Vielicensibus exsolvendas. Anno 1504.

Idem Sigismundo Glogoviæ duci fratri suo recognoscit debitum quindecim millium florenorum, exsolutionemque ejus ordinat, 1504.

Idem dat facultatem Andreæ Rabsztyński canonico Cracoviensi villam regalem Racławice in terra et districtu Cracoviensi sitam in summa ducentarum quatuordecim marcarum Elisabethæ Skarbkowa viduæ obligandi. Cracoviæ, anno 1505.

Idem Erasmo Krupek civi Cracoviensi summam trium millium octingentorum et viginti florenorum debere se recognoscit, et eandem de lucro excussionis novæ monetæ extenuendam assignat. Datum Cracoviæ, die S. Laurentii, anno 1505.

Ejusdem consensus Christophoro Nachurski militi Hierosolimitano summas in oppido Cieszkowice inscribendi. Anno 1505.

Idem ducentas marcas super molendino ad portam S. Nicolai Cracoviæ inscribit consulibus Cracoviensibus. Datum Lublini, 1506.

Idem Joanni Jordan de Zakliczyn castellano Biecensi, zuppario Cracoviensi, summam trium millium septingentorum sexaginta florenorum hungaricalium inscribit. Anno 1506.

Jus præsentandi altaristam ad altare tituli B. V. Mariæ Nivium in ecclesia Cracoviensi existens, dum vacarit, a Paulo Szwartz capitaneo Osviecimensi tanquam unico ejusdem altaris patrono, Nicolao Cepal decretorum doctori datum. Anno 1508.

Sigismundus rex, Nicolao Szydłowiecki succamerario Cracoviensi, capitaneo Sandomiriensi, in vim gratitudinis, quod ipsi mille florenorum hungaricalium mutuatorum solutionem indulsit, castrum Olsztyn cum oppidis Częstochowa et Przyborów, villisque omnibus eo spectantibus ad vitæ tempora confert. Datum in conventione generali Cracoviensi, die S. Valentini, anno 1508.

Zygmunt I, od 1506 do 1548.

Idem confirmat jus exemptionis custodiæ piscium Cracoviensis alias *stroża* dictæ. Cracoviæ, anno 1508.

Idem Elisabethæ de Dmoszyce viduæ relictæ olim Petri Kmita in

Wiśnicz palatini Cracoviensis conjugi, oppidum Sandecz confert ad vitæ tempora, summamque duorum millium florenorum post mortem ejus solvendorum in eodem oppido inscribit. Cracoviæ, ante Lætare, anno 1508.

Piotr Kmita, wojewoda krakowski, zmarły 1505.

Ejusdem litteræ super summam centum marcarum in zuppis inscriptam doctori Valentino de Ilkusz canonico et officiali Cracoviensi. Die SS. Philippi et Jacobi, anno 1508.

Venditio census duodecim marcarum in zuppis Cracoviensibus in vim reemptionis per Sigimundum regem consulibus Cracoviensibus. Datum Cracoviæ, anno 1508.

Sigismundus rex egregio Leonardo Pieczykowski medicinæ doctori, canonico Cracoviensi, salarium annuum ducentos florenos, et duas vestes pelliceas, martorinam unam, alteram de axameto in zuppis Bochnensibus assignat et ordinat. Feria secunda Paschatis, 1509.

Ejusdem litteræ quibus officia et salaria in zuppis Cracoviensibus et ceteris capitaneatibus instituit. Cracoviæ, anno 1509.

Idem donat viginti marcas in zuppis Cracoviensibus Lassotæ Ożarowski. Anno 1509.

Ejusdem consensus Christophoro Wichorski militi Hierosolimitano bona Cieszkowice cum villis Osocha, Bogumienice in eisdem summis, quæ ipsi inscriptæ sunt, cuipiam obligandi. Datum in Bochnia, die S. Dominici, anno 1509.

Ten sam Krzysztof, kawaler maltański, wprzód kilka razy Nachurskim nazwany.

Idem Petro Odynowski de Fulsztyn summam novem millium florenorum in castro et civitate Biecensi villisque eo spectantibus inscribit. Anno 1511.

Idem Spytkoni de Jarosław castellano Cracoviensi dat consensum eximendi castrum et oppidum Lanckorona cum villis de manibus Creslai de Brzezie Lanckoroński. Datum Petricoviæ, anno 1512.

Spytek Jarosławski, kasztelan krakowski od 1500 do 1520.

Idem ab accepta mutuo summa quadringentorum florenorum altaris titulo S. Martini, Nicolai, Leonardi et Felicis in ecclesia S. Barbaræ viginti florenos annuatim in vim census reemptionalis solvendos in zuppis Bochnensibus et Vielicensibus inscribit et assignat. Cracoviæ, feria tertia festi Pentecostes, anno 1512.

Idem confirmat Nicolao et Creslao Lanckorońskim litteras Vladislai regis Poloniæ de anno 1410, quibus continetur inscriptio

summæ mille marcarum super castro et civitate Lanckorona, villisque eo pertinentibus, præfatis Lanckorońskim servientes. Datum Petricoviæ in conventu generali, anno 1512.

Idem conservat Christophorum Wichorski militem Hierosolimitanum circa possessionem bonorum Cieszkowice. Anno 1512.

Idem Andreæ de Koscielec thesaurario regni, præfecto Scepusiensi, Sandecensi, Oswiecimensi, Inowładislaviensi, Bidgostensi capitaneo, zuppario, et magno procuratori Cracoviensi, castellanatum Woinicensem confert. Posnaniæ, ante Invocavit, anno 1513.

Jędrzej Kościelecki, podskarbi koronny od 1510, kasztelan wojnicki od 1513, zmarły 1515. Z żoną jego Katarzyną Telniczówną ze Szląska, król Zygmunt miłostki prowadził i córkę Beatę spłodził, wydaną za Ilię xięcia Ostrogskiego.

Idem Nicolao ..... castellano Czechoviensi approbat in toto litteras binas, primas quidem Hedvigis reginæ de data Cracoviæ in octava S. Martini, anno 1396, alteras Vladislai Hungariæ et Poloniæ regis de data Budæ, feria secunda infra octavas Ascensionis Domini, anno 1441, quibus villæ Burtłowa et Kulamboka in districtu Biecensi in summa trecentarum marcarum invadiantur. Cracoviæ, in octava Ascensionis Domini, anno 1515.

Idem altaris passionis Domini Jesu Christi in ecclesia collegiata in circulo civitatis Cracoviensis sita, altaristæ ejusdem altaris censum annuum septemdecim marcarum cum media pro summa quingentorum triginta septem florenorum in zuppis Cracoviensibus inscribit. Datum Vilnæ, feria secunda Pentecostes, anno 1516.

Seraphinus Winiarski recognoscit coram rege debitum septuaginta florenorum Janussio Zwierzchowski castellano Biecensi. Datum in Brzeście litvanico, feria sexta ipso die Conversionis S. Pauli, 1516.

Sigismundus rex summam sex millium florenorum Imramo Salomonis civi Cracoviensi debitam super custodia piscium alias *stróża* in suburbio Cracoviensi sita, et censu regio ex ea proveniente assecurat et assignat. Cracoviæ, ante festum SS. Simonis et Judæ, 1519.

Idem obligat custodiam piscium Cracoviensem sex millibus florenis filiis Salomonis Imram. Anno 1519.

Joannes Łaski archiepiscopus Gnesnensis jure emphiteutico certam aream suam sub castro Cracoviensi in sinistra parte ad fluvium Rudawka jacentem Martino de Mirow Myszkowski et Susannæ de Łasko consorti ipsius sub certis conditionibus concedit. Datum Gnesnæ, in capitulo generali, anno 1519.

Jan Łaski, herbu korab, kanclerz wielki koronny 1503, ogłasza drukiem zbiór praw 1506, arcybiskup gnieźnieński 1510, na soborze laterańskim 1512 *legatus natus*, umarł 1531.

Sigismundus rex Balthasaro, Gasparo, Melchiori, et Sigismundo, Alberti Sobek de Suleiow filiis, oppidum Koszyczki cum suburbio, quod alio nomine villa Januszowice nuncupatur, et villam Kuchary consentit redimere de manibus Boner zupparii et burgrabii Cracoviensis pro quinque millibus quadringentis florenis, item eximere molendinum in fluvio Srzeniawa de manibus Nicolai de Szydłowiec castellani Sandomiriensis, mareschalci? regni, germani matris dictorum Sobkorum pro quingentis florenis. Datum Cracoviæ, ipso die S. Lucæ, anno 1521.

Mikołaj Szydłowiecki nie znajduje się u Nieseckiego między marszałkami koronnymi, ale był podskarbim koronnym od roku 1515, kasztelanem sandomirskim od 1518, umarł 1532. Na nim zgasł dom Szydłowieckich. Jan Boner, z trzema braćmi z Szwajcaryi do Polski przybył, burgrabia krakowski i żupnik, zamek krakowski budował, zmarły 1523.

Idem Ludovico Aliphio patritio Barensi, juris utriusque doctori, aulico reginæ Bonæ, villam Łanckowice confert jure advitalitio. Datum Cracoviæ, feria secunda post festum S. Viti, anno 1521.

Judicium terræ Cracoviensis testatur Nicolaum Kiedrzyński et Nicolaum Hanek de Wierzchowisko ripam cum medietate piscinæ alias *łożyska* Sigismundo regi pro summa viginti sex marcis vendidisse in Lelow, die SS. Corporis Christi, anno 1522.

Sigismundus rex molendinum regium Kutłowski civibus Cracoviensibus vendit jure reemptitio pro decem millibus florenis acceptis pro suscipiendis militibus contra magistrum Prussiæ cum Moscho contra regnum Poloniæ colligatum. Datum in conventione generali Petricoviensi, sabbato ante festum Epiphaniarum, anno 1522.

Idem dat privilegium textoribus telæ et *barchan* Cracoviensibus, declarando eos capaces esse officiorum et magistratuum civilium, etiam proconsulatus tam Cracoviæ quam ubique, libertatibusque et prærogativis, quibus alii cives in civitate Cracoviensi et ubique gaudent, gaudere debere, et qui huic privilegio contravenerit pœnæ quadraginta marcas parti et fisco regio per medium dividendas succubiturum esse. Datum Cracoviæ, anno 1523.

Ejusdem consensus eximendi advocatiam in Krościeńsko Georgio de Paniewo. Anno 1523.

Idem Ludovico Aliphio doctori et patritio Neapolitano burgrabiatum arcis Cracoviensis confert. Cracoviæ, anno 1524.

Idem Stanislao Spinek de Bantkow capitaneo Leloviensi ad alias summas in castro Lelow inscriptas adscribit centum quinquaginta marcas. Datum Petricoviæ, ante dominicam Quadragesimæ, 1525.

Idem, cum Nicolaus de Szydłowiec castellanus Sandomiriensis,

regni thesaurarius, summam duorum millium et sexcentorum florenorum in domo fratrum de Tenczyn in civitate Cracoviensi prope ecclesiam S. Andreæ, sibi et filio suo Sigismundo Augusto resignasset, in vim gratitudinis pensionem centum viginti marcarum in statione monasterii Wąchocko, cum libertate convertendi eam ad erectionem ecclesiæ parochialis Szydłoviecensis, donat et assignat. Item dat ei ad vitæ tempora bona Czernichow et Przeginia in terra et districtu Cracoviensi sita, tum advocatiam Zatoriensem et Kłobucensem, molendinumque Babnii nuncupatum sub Radom, quod in piscina nova instruitur, ac etiam villas Brzezinka, Kopytówka, item compensat ei omnia damna quæ accidere poterant per negligentiam officialium thesauri, item ipsum liberum, bonaque ipsius terrestria ab omni expeditione bellica facit, et declarat immunia. Petricoviæ, anno 1525.

Stanislaus Czarny de Witowice bonorum suorum oppidi Brzezek, et villarum ad id spectantium Pomianow, Jasień, Porąmbka, Okocim, Brzozowiec, Bartucice, Mokrzeska, Dębow, Dział, et Szczepanow in terra Cracoviensi hæres, totales quartas partes suas hæreditarias in dictis bonis, nec non quartam sortem summæ pecuniariæ sorori suæ Agneti per maritum ejus Joannem Melsztyński in dictis bonis inscriptæ, ad se post sterilem ipsius decessum devoluturam, Sigismundo regi donat cum omni jure dominii, etc., perpetuo sub vadio quingentorum hungaricalium, etc. In Niepołomice, anno 1527.

Nicolaus Pieniążek de Kruzlowa Martino Myszkowski castellano Vielunensi pro summa quadringentarum marcarum scultetiam in villa Przysieki in districtu Biecensi vendit. Cracoviæ, post festum S. Francisci, anno 1528.

Hedvigis Stanowa cum Stanislao Czamecz consule Casimiriensi, marito suo assistente, domum suam cum horto in platea Judæorum Severino Boner zuppario et burgrabio Cracoviensi cum omnibus oneribus civilibus ex eadem domo ferendis jure hæreditario vendit. In octava S. Martini, anno 1528.

Seweryn Boner, syn powyższego Jana, żupnik po ojcu, kasztelan żarnowski 1532, potem biecki, sandecki, umarł 1546.

Sigismundus rex ratas habendo summas in reemptionem tenutæ Leloviensis expositas per Stanislaum Spinek, Annæ de Kamieniec conjugi ipsius super eandem tenutam jus advitalitium confert. Petricoviæ, die S. Valentini, anno 1528.

Ejusdem consensus Salomoni civi Cracoviensi obligandi piscium Cracoviensium custodiam. Cracoviæ, anno 1530.

Capitulum Cracoviense reginæ Bonæ ad vitæ ejus tempora donat domum canonicalem muratam in arce Cracoviensi sitam. Anno 1530.

Sigismundus rex confirmat reformationem per Andream Salomonis civem Cracoviensem uxori suæ super custodia piscium Cracoviensium factam. Petricoviæ, die Trium Regum, anno 1531.

Idem significat Nicolaum Osiecki de Osieczany hæredem, silvam suam villæ Trąbki penes silvam zuppæ Vielicensis ex una, et silvam nobilium Lubomirskich de Sławkowice in eadem Trąbki, sortis suæ hæredum, ex altera partibus jacentem, ac limitibus villæ Biskupice usque ad fluvium granicialem villæ Dobranowice tendentem, vendidisse pro quinquaginta marcis in utilitatem zuppæ Vielicensis. Cracoviæ, feria tertia post festum SS. Simonis et Judæ apostolorum, anno 1532.

Ejusdem cum Joanne Pieniążek de Kruzlowa judice Cracoviensi, ratione summæ per eundem Pieniążek in exemptionem capitaneatus Sandecensis expositæ, transactio talis, ut singulis annis præfatus Pieniążek sexcentos florenos defalcet, ac præterea quotannis ducentos florenos in restaurationem castri expendat. Anno 1532.

Idem dat consensum Stanislao Salomonis pro summa sex millium florenorum bonis Stróża in piscina Cracoviensi extra muros Cracovienses consistente cedendi. Cracoviæ, post festum S. Stanislai, anno 1532.

Nicolaus et Stanislaus Koniecpolscy, una cum Catharina matre sua, domum suam Cracoviæ sitam penes portam civitatis Grodzka nuncupatam (ubi nunc armentarium est), Sigismundo regi resignant. Cracoviæ, anno 1532.

Sigismundus rex testatur Severinum Boner de Balice castellanum Zarnoviensem, burgrabium et magnum procuratorem Cracoviensem, exsolvisse summam quadringentorum florenorum ad altare tituli S. Lazari pertinentem, de eademque uti ex proventu zupparum enumerata ipsum quietat. Cracoviæ, feria sexta ante festum SS. Trinitatis, anno 1533.

Ejusdem litteræ quibus monetur Severinus Boner castellanus Zarnoviensis, salinarum præfectus, ut Nicolao Piotrowski curiæ regiæ magistro annuam pensionem quatuor ..... florenorum hungaricalium punctualiter solvat. Datum in Szydłow, die 6 octob., 1535.

Idem Petro Kmita de Wisnicz palatino Cracoviensi, mareschalco regni, dat consensum eximendi castrum Czorsztyn de manibus Georgii de Paniewo. Vilnæ, in octava Ascensionis Domini, anno 1536.

Piotr Kmita z Wisnicz, marszałek wielki koronny 1529, kasztelan sandomirski 1532, wojewoda krakowski 1536, umarł 1551.

Nicolaus Tuszyński de Kuczławice judex, et Joannes Mężyk Słabosz subjudex Cracovienses, commissarii regis, testantur Severinum Boner de Balice castellanum Biecensem, zupparium et magnum procuratorem, paratum fuisse ad repositionem summarum sex millium florenorum in emundationem custodiæ piscatoriæ Cracoviensis Erasmo Bethman; sed cum in eadem multorum prætensiones reperientur, ideo hac super re pleniorem a regia majestate informationem requirunt. Anno 1536.

Erasmus Bethman, civis Cracoviensis, recognoscit se recepisse de manibus Boner castellani et capitanei Biecensis, zupparii, burgrabii et magni procuratoris arcis Cracoviensis, tria millia florenorum per mediam sexagenam pro exemptione custodiæ piscium Cracoviensium. Cracoviæ, post festum S. Joannis Baptistæ, anno 1536.

Catharina de Krzemczyce, filia Georgii Niemsta, consors Hieronymi Lanckoroński, capitanei Scalensis, cum assistentia ejusdem mariti, et Francisci Działkowski, et Joachimi Gliński fratrum suorum, consentit præfato marito suo super arendam villæ suæ Brzezie in terra Cracoviensi, et aliarum eo spectantium, Bonæ reginæ. Actum coram Mathia Radecki judice, Michaele Kostrzewski subjudice terræ Podoliæ in Kamieniec, post festum S. Petri ad Vincula, anno 1537.

Sigismundus rex recognitionem acceptæ dotis per Stanislaum Lubomirski cum Laura de Effren nobili Barensi, videlicet mille florenos a regina Bona, ejusdemque summæ reformationem approbat. Cracoviæ, post festum SS. Trinitatis, anno 1537.

Donatio oppidi Brzezek, ac villarum Pomianow, Ochocin, Leszczen, Brzozowa, Mokrzeska, Poręba, Bratucice, Szczepanow, Dębow et Dział in terra Cracoviensi per Stanislaum Czarny in personam Sigismundi regis facta. Anno 1537.

Joannes et Laurentius Spytek Jordanowicze de Melsztyn fratres, dant Joanni comiti in Tarnow castellano Cracoviensi, et exercituum regni præfecto, jus præsentandi ad decanatum ecclesiæ collegiatæ omnium SS. Cracoviæ cui voluerit ex suis pro una tantum vice. Datum in Tarnow, die ultima februarii, anno 1541.

Jan Tarnowski, kasztelan krakowski i hetman wielki koronny, zmarły 1561.

Joannes Czarny levat pecuniam a Sigismundo rege, ratione quartæ sortis bonorum Brzezek, de eademque sorte præfato regi cedit. Cracoviæ, post festum exaltationis S. Crucis, anno 1545.

Petrus Dembiński de Piotrkowice judex, et Andreas Mstowski subjudex Cracovienses, testantur Joannem et Nicolaum Czarny fratres germanos, nec non Martinum et Georgium nepotes ipsorum reco-

gnovisse, quod ex certo contractu cum Sigismundo rege villam Bartuoice in terra Cracoviensi consistentem, una cum nemoribus seu deserto alias *pusscza* pro bonis seu quarta sorte in bonis Brzezek, Pomianowa, etc., commutarunt. Feria quarta post festum S. Crucis, anno 1545.

Judicii terrestris Posnaniensis attestatio donatæ curiæ Pinczow in arce Cracoviensi ab Andrea comite de Gorka castellano Posnaniensi Sigismundo Augusto regi. Datum Posnaniæ, feria secunda post festum S. Trinitatis, anno 1547.

Jędrzej Górka, kasztelan poznański od 1537 do 1551.

Sigismundus rex pro commutatione villæ Widzan unam patelam salis alias *panew* singulis annis largitur. Anno 1547.

Idem, villas Krzeszow et Przyborow ad vitæ tempora confert reginæ Bonæ consorti suæ. Cracoviæ, anno 1547.

Idem, prævia quietatione de omnibus rationibus et administrationibus Severini Boner a Belice, castellani Sandecensis, recognoscit se debere eidem summas novemdecim millium florenorum monetæ currentis, et aureorum duo millia octingentorum sexaginta unius, easdem ipsi apud arendatores, et residuitatem in zuppis Cracoviensibus assecurat. Datum in Radom, anno 1548.

Litteræ Sigismundi Augusti regis de assecuratione summæ quinque millium septingentorum septuaginta trium florenorum filiis olim Caroli Guszczy in villa Rakowice in terra Cracoviensi sita. Anno 1551.

Zygmunt August, od 1548 do 1572.

Nicolaus Nawoiowski de Stadła hæres, coram Petro Dembiński de Piotrkowice judice, et Andrea Mstowski de Mstow subjudice Cracoviensi, villam suam hæreditariam Stadła vendit in perpetuum Sigismundo Augusto regi sub vadio quingentorum florenorum, 1552.

Extractum litterarum Sigismundi Augusti de data Petricoviæ, feria quinta post dominicam Palmarum, anno 1552, Petro comiti in Wisnicz Kmita, palatino Cracoviensi et mareschalco regni datarum, quibus inscriptionem super villa Rakowice quinque millium florenorum confirmat, et promittit ei eandem summam seu successoribus ejus pro festo Paschatis in anno 1553 soluturum, vel casu non solutionis villam eandem traditurum esse in possessionem eorum. Cracoviæ, 15 martii, anno 1553.

Sigismundus Augustus rex pro commutatione villæ Widzan unum bancum creti salis singulis annis largitur. Anno 1555.

Petrus Dembiński judex, et Jacobus Rozen subjudex Cracovienses recognoscunt Balthasarum Bukomiński sortis suæ in Roszkowice hæredem, Sigismundo Augusto regi et ipsius successoribus eandem sortem suam donasse, uxoremque ejus Ursulam hanc donationem cum consensu Sebastiani et Christophori Wilkowscy amicorum de linea paterna approbasse. Actum in Lelow, anno 1557.

LITTERÆ
DUCATUS OSWIECIMENSIS ET ZATORIENSIS.

Joannes dux Oswiecimensis Żegotæ de Benkowice silvam ad Skawa existentem ultra villam regiam Zemborzyce inscribit. Datum in Oswiecim, die S. Ægidii, anno 1333.

Venceslaus Bohemiæ rex ducatum Oswiecimensem jure feudi confert Premislao duci Thessinensi. Anno 1372.

Wacław, syn Karola IV z domu Luxemburskiego, cesarza i króla czeskiego, został po ojcu cesarzem i królem czeskim roku 1378, a zatem data powyższa jest mylna.

Joannes dux Oswiecimensis Hedvigi consorti suæ super oppido Zátor et castro Wołek, ac villis Spytkowice, Przeciszow, Przewoz quinque millium marcarum grossorum Pragensium nomine dotalitii obligat. Datum in vigilia S. Matthæi apostoli, anno 1396.

Cives Zatorienses profitentur, quousque in vivis superstites fuerint, obedientiam Hedvigi ducissæ Zatoriensi. Anno 1398.

Venceslaus Romanorum imperator, Bohemiæ rex, approbat dotalitii inscriptionem per Janussium ducem Oswiecimiensem Hedvigi consorti suæ factam. Anno 1400.

Paulus filius advocati Zatoriensis recognoscit se novemdecim partes advocatiæ Zatoriensis vendidisse Margarethæ, relictæ viduæ Mathiæ advocati Zatoriensis, centum quinquaginta marcis. Anno 1404.

Venceslaus Romanorum imperator confirmat feudum ducatus Oswiecimensis Hedvigi consorti suæ factum, ac Premislao duci Thessinensi. Anno 1407.

Casimirus dux Oswiecimensis vendit duas novas partes advocatiæ Zatoriensis Elisabethæ Pilczyna et ejus posteris. Anno 1416.

Idem tredecim marcas ad templum tituli B. V. Mariæ in circulo fori Cracoviensis situm annuatim solvendas super Oswiecim inscribit et assecurat. Anno 1419.

Idem inscribit debitum cuidam Georgio ratione advocatiæ in Żywiec. Anno 1422.

Idem Nicolao Procki concedit jus advitalitium in certis bonis. Anno 1422.

Venceslai et Premislai ducum Oswiecimensium litteræ super cessionem Kenty. Anno 1422.

Casimirus dux Oswiecimensis Dorotheæ de Zdziechowice et Stanislao filio ipsius vendit certa bona pro quingentis marcis. Anno 1433.

Vladislaus III rex Poloniæ castrum Zator per Derslaum de Rytwiany captum ducibus Oswiecimensibus restituit, ea conditione, ut ipsi castrum Berwald Nicolao Seraphino zuppario Cracoviensi emendum permittant, quod tanquam regni Poloniæ subditus teneat, cui rex ad conservationem castri quinque bancos salis minuti, et quinque tanas salis minuti rumuli singulis annis quatuor partibus perpetuo donat. Datum Budæ, feria quarta ante festum SS. Simonis et Judæ apostolorum, anno 1440.

Dersław z Rytwian, nie mogąc się utrzymać w zdobytym na swą rękę Zatorze, odstąpił go królowi Władysławowi, który go wrócił Wacławowi, xięciu oświecimskiemu z obowiązkiem hołdu i warunkiem ustąpienia Berwaldu, gdzie było gniazdo rozbójników wpadających do Polski, których król chciał wytępić.

Nobilitas Oswiecimensis, cujus sunt sigilla triginta sex, fidejubet Vladislao III regi Poloniæ pro Venceslao duce Oswiecimensi, quod homagium fidelitatis secundum conventionem cum rege factam præstabit. Datum in Zator, dominica Epiphaniarum, anno 1441.

Venceslaus dux Oswiecimensis pro restituto sibi per Vladislaum regem oppido Zator pollicetur se infra quatuor septimanas, posteaquam a rege vocatus fuerit, Cracoviam venturum, et homagium fidelitatis, servitutisque regi et coronæ præstiturum. Datum in Zator, anno 1441.

Idem confirmat litteras super molendinum Trzybirzuczycki, 1443.

Divisio ducatus Oswiecimensis inter Venceslaum, Premislaum, et Joannem fratres, per Nicolaum ducem Opaviæ et alios quosdam assessores. Anno 1445.

Janussius dux Oswiecimensis litteras Venceslai et Przemkonis ducum Oswiecimensium fratrum suorum germanorum Martino de Mnikow super septuaginta sex marcas serviendas confirmat, assignatque ipsis censum in civitate Kenty septem marcas annuatim

pro S. Michaelis solvendas usque ad exemptionem. Datum in Oswiecim, ante festum S. Michaelis, anno 1447.

Opoliensis, Ratiboriensis, et Zatoriensis duces fatentur Joannem Czaplic de Szary satisfactum esse per regem Casimirum pro omnibus obligationibus, servitiis et promissis per Vladislaum regem factis. Cracoviæ, post octavas Visitationis B. V. Mariæ, anno 1448.

Janussius dux Oswiecimensis Casimiro regi resignat ducatum Oswiecimensem. Anno 1451.

Litteræ Janussii ducis Oswiecimensis quibus, obsessa Oswiecim ab exercitu Casimiri regis, culpam fatetur, eique se castrum et ducatum post aliquot dies dediturum promittit, tum quod regem deprecaturus in Litvaniam ibit, obtentaque venia vasallus et subditus perpetuus regis et coronæ erit, cum omnibus terrigenis ducatus homagium præstabit die a rege præstituto, licebit regi parata pecunia vel æquivalentibus bonis castrum præfatum cum ducatu redimere, si vero non dabitur venia, castrum et ducatum debet restitui duci, prævia ab ipso solutione sexingentorum hungaricalium florenorum, et quingentorum florenorum pro militibus regis repositione, in casu vero non persolutionis harum summarum, rex et corona castrum possidebunt in mille centum florenorum hungaricalium. Datum Cracoviæ, die Conversionis S. Pauli, anno 1453.

Gdy Janusz, xiąże oświecimski, zbrojną ręką wiele krzywd Polsce wyrządził, kupców krakowskich jadących z jarmarku wrocławskiego pozabijał, wysłani roku 1453 Jan Szczekocki starosta i Jan Kuropatwa podkomorzy lubelscy, oblegli Oświecim. Stanął rozejm pod warunkami tu wspomnionemi, to jest że miasto pozostanie w ręku Polaków, póki xiąże summy umówionej nie wypłaci, i hołdu koronie nie złoży. Bielski, Kromer.

Idem recognoscit se mutuo accepisse a Casimiro rege centum florenos hungaricales, quos summæ capitali in castro et oppido Oswiecim inscriptæ adscribit. Datum Cracoviæ, die Ascensionis Domini, anno 1453.

Premislaus dux Oswiecimensis cum Casimiro rege Poloniæ inducias facit. Anno 1453.

Nobilitas ducatus Oswiecimensis, facta per Casimirum regem cum Janussio duce Oswiecimensi transactione, et præfato ducatu pro certa summa per regem empto, regi et regno Poloniæ fidelitatem profitetur. Cracoviæ, post Reminiscere, anno 1454.

Casimirus rex profitetur Janussio duci Oswiecimensi ducentas marcas grossorum Pragensium nomine debiti se inscripsisse. Petricoviæ, anno 1455.

Idem cum Casimiro duce Oswiecimensi de ducatu eodem transigit, ea conditione: rex solvit illi quatuor millia et trecentas marcas grossorum Pragensium ac viginti et unum florenorum. Cracoviæ, anno 1455.

Nicolaus mareschalcus de Dubowice, capitaneus Oswiecimensis, recognoscit se contractum fecisse cum Casimiro rege de castro et terra Oswiecimensi, impleturumque se spondet omnes conditiones in eodem contractu expressas. Cracoviæ, anno 1456.

Janussius dux Oswiecimensis in forma plenissima, oppidis et villis omnibus nominatim expressis, cum consensu fratrum suorum ducatum Oswiecimensem Casimiro regi et regno Poloniæ quinquaginta millibus marcarum grossorum latorum Pragensium jure perpetuo vendit. Datum in Gliwice, feria secunda ante festum S. Mathiæ, 1457.

Vol. Leg. I, fol. 186.

Korzystając Janusz z oddalenia się króla do Litwy, oblegl Polaków na zamku oświecimskim, a lubo odparty nie przestawał kraje polskie najeżdżać. Lękając się złych skutków, wolał przedać koronie swe xięstwo za 50,000 groszy szerokich praskich, co na teraźniejszą monetę 200,000 czerwonych złotych wynosi.

Idem satisfactum sibi esse recognoscit pro servitio in Prussia Casimiro regi militando præstito, et pro stipendio sibi debito, 1458.

Nonnulli milites de ducatu Oswiecimensi fatentur sibi esse satisfactum a rege Casimiro pro emeritis stipendiis. Anno 1458.

Premislaus dux Oswiecimensis recognoscit sibi et militibus a se conductis satisfactum esse per Casimirum regem pro stipendiis. Anno 1458.

Premislaus Thessinensis et Conradus Olesnicensis duces certas differentias componunt inter Casimirum regem Poloniæ et Janussium ducem Oswiecimensem. Cracoviæ, anno 1461.

Janussius dux Oswiecimensis prorogat regi Casimiro solutionem mille quadringentorum florenorum. Datum in Gliwice, in crastino Ascensionis Domini, anno 1464.

Idem eidem prorogat solutionem duorum millium aureorum, 1464.

Joannes Waltburth et Wodel fratres germani recognoscunt se castra Berwald et Żywiec cum oppidis et omnibus villis regi Casimiro vendidisse. Anno 1465.

Casimirus rex dat facultatem Nicolao de Dubowice castellano Oswiecimensi, et Joanni Staszkowski eximendi villas Osiek et Brzezie summa mille nonagintorum..... florenorum hungaricalium. Datum Cracoviæ, ante Pentecostes, anno 1468.

Idem Joanni Staszkowski ob instauratas certas piscinas in hæreditate villæ Osiek centum aureos hungaricales adscribit. Anno 1468.

Idem Nicolao Szłop de Dubowice castellano Oswiecimensi centum quadraginta marcas in villa Brzezie inscribit. Cracoviæ, infra octavas Corporis Christi, anno 1469.

Idem Joanni Staszkowski villam Osiek in summa mille et quingentorum florenorum hungaricalium concedit resignare Nicolao Myszkowski. Cracoviæ, anno 1469.

Casimirus, Venceslaus, Janussius et Vladislaus duces Zatorienses pollicentur regi Casimiro se ad decursum unius anni cum nullo alio de eodem ducatu contractum inituros.

Casimirus, Venceslaus, Janussius et Vladislaus duces Zatorienses promittunt Casimiro regi pactum servaturos a die futura Nativitatis Domini ad eundem diem sequentis anni, cum nemine nisi cum ipso rege de ducato suo transigendi.

Casimirus rex Nicolao Myszkowski ducentos florenos hungaricales ultra alias summas in villa Osiek inscribit, et concedit ipsi ibidem advocatiam emere. Datum Cracoviæ, die S. Clementis, anno 1471.

Idem Nicolao de Dubowice castellano Oswiecimensi centum quadraginta marcas in villa Brzezie inscribit. Cracoviæ, anno 1471.

Idem eidem centum aureos hungaricales ob certas piscinas inscribit. Anno 1473.

Divisio ducatus Zatoriensis inter Casimirum, Venceslaum, Joannem et Vladislaum fratres, cum successione mutua in duas sortes cum ea conditione, ut primo secundus, tertio quartus succedat, si sine liberis decesserit. Anno 1477.

Joannes dux Opaviensis fatetur sibi debitum mille trecentorum florenorum nomine Casimiri regis per Casimirum de Dambno thesaurarium solutum esse. Datum in Oswiecim, anno 1478.

Casimirus rex Poloniæ consentit Joanni Staszkowski supra exemptionem villæ Lipniki de manibus Pauli Myszkowski, 1481.

Casimirus rex Petro Myszkowski castellano Oswiecimensi super villa Brzezie ducentos florenos inscribit. Datum Petricoviæ, 1485.

Similis eidem inscriptio. Cracoviæ, anno 1485.

Idem fidem facit Sigismundum de Brzezinki villam eandem Brzezinki in terra Oswiecimensi Clementi Brandth de Barocza regiali incisori, una cum domo in civitate Oswiecim pro septingentis florenis hungaricalibus vendidisse, privilegiaque ducum eidem tradidisse. Datum in Łukow, die dominica Palmarum, anno 1488.

Idem Petro Myszkowski multis legationibus functo summam octingentorum florenorum hungaricalium super villis Bielany et Łąki inscribit. Cracoviæ, anno 1490.

Idem villam Manowice Joanni Brandysz capitaneo Cracoviensi

permittit Petro Turobolski in quingentis hungaricalibus obligare. Anno 1491.

Idem Petro de Kurozwęki capitaneo Oswiecimensi permittit eximere omnes villas ad eundem capitaneatum pertinentes. Anno 1491.

Joannes Albertus rex Petro de Kurozwęki capitaneo Oswiecimensi trecentos hungaricales in eximenda piscina in villa Brzezie inscribit. Anno 1493.

Idem de vendita sibi et regno Poloniæ villa Brzezinki per Sigismundum hæredem pro mille ducentis hungaricalibus fidem facit, et eandem venditionem approbat. Anno 1494.

Coram Janussio duce Oswiecimensi comparens Petrus advocatus Zatoriensis dotem uxori suæ super medietate advocatiæ suæ assecurat. Zator ante festum Nativitatis B. V. Mariæ, anno 1495.

Joannes Albertus rex advocatiam in Lipniki pro quadringentis florenis hungaricalibus apud Georgium Staszkowski emit, eandemque summam obligat se eidem pro festo S. Michaelis proximo soluturum, in casu vero non solutionis liberam ex nunc usque ad exemptionem intromissionem in eandem advocatiam et ejus possessionem concedit. Cracoviæ, feria sexta ante Ramis Palmarum, 1499.

Janussius dux Oswiecimensis recognoscit se a zuppario Cracoviensi quinquaginta marcas, et quatuor bancos salis ad rationem pecuniæ sibi a rege debitæ accepisse. Anno 1500.

Janussius dux Zatoriensis confirmat litteras Joannis Alberti regis Poloniæ, quibus exprimuntur conditiones secundum quas idem dux se et ducatum Zatoriensem eidem Joanni Alberto regi et regno Poloniæ jure feudi subjecit. Cracoviæ, feria quarta in festo Ascensionis Domini, anno 1507.

Jan Albert kupił xięstwo zatorskie od Janusza, xięcia zatorskiego, roku 1494, za 80,000 czerwonych złotych, pensyą 200 grzywien i 16 banków czyli bałwanów soli. Jakub Przyłuski, t. I, fol. 370, i Vol. Leg. t. I, ad annum 1494.

Laurentius Myszkowski de Mirow coram Janussio duce Oswiecimensi et Zatoriensi recognoscit se aquæ ductum ex vivariis et piscinis in Laskowa impartiri hæredibus de Laskowa. Datum in Zator, feria quarta post Reminiscere, anno 1508.

Roku 1513 ten Wawrzyniec Myszkowski zabił xięcia Janusza, z którym się o tę wodę stawową pokłócił.

Sigismundus rex confirmat litteras Vladislai ducis Oswiecimensis de data in Oswiecim die Conversionis S. Pauli emanatas, quibus Nicolao Pokrzywka laneum agri in villa Dwory emere permittit, cum onere sistendi se tempore duntaxat incursionis hostilis cum armis,

nempe balista, gladio et continuandi hocce obsequium donec hostes repulsi fuerint. Datum Cracoviæ, anno 1509.

Joannes dux Oswiecimensis et Zatoriensis attestatur Georgium Ziemia una cum Catharina conjuge sua in hæreditate Laskowa Zrzyczycki in septingentis florenis obligasse. Datum in Zator, 1511.

Sigismundus rex permittit Joanni Larysz ut Andreæ fratri suo cedat de advocatia Oswiecimensi. Anno 1515.

Venditio advocatiæ Zatoriensis per Joannem advocatum et filiastros Joanni Tomicki et Joanni Rudołtowski pro septingentis florenis et centum hungaricalibus coram capitaneo et judice Oswiecimensi recognita. Anno 1517.

Adamus Laskowski de Laskowa resignat bona sua hæreditaria in Laskowa Joanni Tomicki et Alexandro Brandysz. In Zator, feria quarta post Pentecostes, anno 1518.

Joannes Tomicki advocatus Zatoriensis et Alexander Brandysz Joanni Zrzyczycki invadiant ad septem annos Laskowa et piscinas ibidem. In Zator, feria tertia ante festum S. Martini, anno 1519.

Joannes Rudołtowski advocatus Zatoriensis inscribit censum annualem perpetuum sex florenos super advocatia Zatoriensi, balneoque et molendino fraternitati S. Spiritus in Zator existenti, altaristæ illius pro festo Paschæ tres florenos, et pro festo S. Michaelis alios tres florenos solvendos. Anno 1521.

Joannes Tomicki et Joannes Rudołtowski advocati Zatorienses vendunt advocatiam Zatoriensem Sigismundo regi pro mille florenis auri puri et ponderis justi, de iisque acceptis regem quietant. In Zator, post festum S. Joannis Baptistæ, anno 1525.

Sigismundus rex Georgio Szranet civi Oswiecimensi laneum agri in villa Duny a Stanislao Płaza vicecapitaneo Oswiecimensi ademptum adjudicat. Cracoviæ, ante dominicam Jubilate, anno 1532.

Nicolaus Taszycki de Lucławice judex, et Joannes Słabosz de Putnowice subjudex terræ Cracoviensis, recognoscunt Georgium archidiaconum Cracoviensem, et Joannem de Przeciszow Myszkowskie fratres germanos oppidum Wadowice aliaque bona in ducatu Zatoriensi sita Sigismundo regi, accepta pro his plena et reali satisfactione, resignasse. Datum Cracoviæ, feria sexta ante dominicam Palmarum. Anno 1540.

TERRA SCEPUSIENSIS.

Civitates seu tredecim oppida in comitatu Scepusiensi impignorata sunt a Sigismundo rege Hungariæ Vladislao regi Poloniæ, anno 1412, die et festo Omnium Sanctorum triginta septem millibus sexagenorum latorum grossorum Bohemicorum.

Rousset, *suppl. ad* Du Mont. t. II, part. 2, fol. 331 z datą : Zagrabiæ, octavo die Omnium Sanctorum, anno 1412.

Bolesław Krzywousty, poślubiwszy roku 1108 córkę swoję Judytę, Stefanowi synowi Kolomana, dał mu w posagu ziemię spizką, z obowiązkiem powrotu po jego śmierci. Od tego czasu oderwana ta prowincya od Polski, poczęła należeć do królów węgierskich, i dopiero roku 1412 odzyskana została zastawnym sposobem, kiedy Władysław Jagiełło pożyczył cesarzowi Zygmuntowi, królowi węgierskiemu, 37,000 kop groszy prazkich, czyli teraznlejszych 2,220,000 złotych, których gdy nigdy nie wypłacono, Spiż aż do pierwszego rozbioru przy Polsce pozostał.

Litteræ Sigismundi Romanorum et Hungarorum regis quibus continetur jus super tredecim civitates terræ Scepusiensis reipublicæ Polonæ serviendum. Anno 1412.

Vladislaus III Hungariæ et Poloniæ rex Joanni de Oleśnica mille florenos hungaricales assignat ex proventibus Scepusiensibus solvendos. Datum Budæ, feria secunda Rogationum, anno 1441.

Mathias rex Hungariæ præfatam summam pecuniæ triginta septem millia sexagenorum latorum grossorum Bohemicorum voluit Casimiro regi Poloniæ reponere, et dictas civitates seu oppida eximere, et liberare ex pignore. Sed rex Poloniæ una cum proceribus, prælatis et baronibus suis restituere noluit, allegans præscriptionem factam. Tum Mathias rex convocavit regem Poloniæ ad sedem apostolicam, et quod bona regni sui restitueret, et de iis usuram reciperet. Quum hæc causa aliquandiu ventilata fuisset, tandem a sede apostolica uterque rex tale responsum accepit, ut in re tam dubia utraque pars eligat doctissimos et discretos viros quatuor, qui hanc causam discutiant. Tum ambæ partes quatuor viros pro et contra elegerunt, qui hanc causam magna cum deliberatione tractarunt, serio argumentantes Vratislaviæ, tandem concluserunt similiter præscriptionem factam, ac præfata castra, civitates et oppida perpetuis temporibus regi Poloniæ adjudicaverunt, cui et in posterum cedere debebunt,

atque hæc descriptio Vratislaviæ in prætoriis facta, hic ex authographo polono adducitur.

Alexander rex Poloniæ, Joanni Jordan de Zakliczyn, castellano Biecensi, zuppario Cracoviensi, summam trium millium septingentorum sexaginta florenorum hungaricalium in tota terra Scepusiensi inscribit. Anno 1506.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. III, p. 483.

Jan Jordan z Zakliczyna, pożyczywszy Alexandrowi królowi powyższą summę, otrzymał w zastaw ziemię spizką, którą Zygmunt I wykupił.

LITTERÆ PALATINATUS SANDOMIRIENSIS.

Andreas Ciołek tenutarius Sandomiriensis promittit omnes summas pecuniarias provenientes ex tenuta Sandomiriensi se expositurum pro ædificiis castri Sandomiriensis. Datum in Oborniki, feria tertia post festum S. Viti, anno 1328.

Casimirus Magnus rex Bartholomæo hæredi de Kuchary scultetiam dat in villa Padwa, eidemque addit duos laneos liberos, duas tabernas liberas, tum unum molendinum per ipsum et successores ipsius perpetuo possidendum. Datum in vigilia SS. Petri et Pauli apostolorum, anno 1334.

Idem Hanussio de Glacz, jubet ut piscinas in Szydłow reparari faciat, molendinumque cum rotis quotquot volet et poterit ædificare de sua pecunia, tertiamque partem proventuum et mensuræ ipsi perpetuo concedit. Datum in Szydłow, die dominica Reminiscere, anno 1347.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. III, p. 219.

Idem dat jus locandæ villæ Długałęka in silvis ad Długi Osiek pertinentibus Venceslao clavigero suo et Joanni fratribus germanis. Datum Sandomiriæ, feria sexta post festum S. Martini, anno 1360.

Nicolaus advocatus in Połaniec recognoscit se vendidisse Nicolao Haccomiro tertiam mensuram molendini in Połaniec, pro marcis quadraginta grossorum Pragensium. Datum in Połaniec, feria tertia ante festum S. Joannis Baptistæ, anno 1363.

Casimirus rex locat villam in silva dicta Bodzaczyn super fluvio vulgo Wierzchowisko dicto in districtu Sandomiriensi, eandemque

villam abhinc nominari jubet Bodzaczyn, tum ei sexdecim mansos confert, et scultetiam in ea fundat, et eidem scultetiæ duos mansos, duos hortos, unum pro taberna, alterum pro molendino cum piscina super fluvium prædictum applicat, item unum mansum pro ecclesia in eadem villa fundanda, insuper jus teutonicum tribuit huic villæ prouti in Szydłow, et onera exprimuntur. Datum in Szydłow, anno 1369.

Ludovicus rex privilegium Elisabethæ Poloniæ et Hungariæ reginæ datum Stanislao molendinatori novæ civitatis alias Korczyn super molendinum et tertiam mensuram approbat. Datum Cracoviæ, feria quarta ante festum S. Laurentii, anno 1375.

Nicolaus de Bogoria mareschalcus regni, Nicolaus de Strzelce, Petrasius de Baranow fide jubent pro Ilmicki de Roszczowice, quod si absque prole de hac luce decesserit, extunc villa Przemanków ad regem Poloniæ cum omni jure redire debebit. Datum Sandomiriæ, feria secunda ante festum S. Mariæ Magdalenæ, anno 1388.

U Niesieckiego Mikołaj z Brzezia, herbu Zadora nie Bogoria, marszałek koronny od 1382 do 1389.

Vladislaus rex villam Brzezniki in palatinatu Sandomiriensi donat prærogativis juris teutonici. Datum in Radom, post festum Pentecostes, anno 1389.

Idem Andreæ Ciołek palatino Masoviæ in quadringentis marcis grossorum Pragensium castrum et oppidum Ryczywoł obligat. Datum Siradiæ, in crastino S. Pauli, anno 1393.

Jędrzej Ciołek, wojewoda mazowiecki, zmarły 1396.

Ejusdem litteræ super advocatiam oppidi Solec Joanni de Opatow cum obligatione expeditionis bellicæ. Anno 1394.

Idem inscribit trecentas marcas Petro de Bolesłavia, Alexandri alias Vitoldi ducis Litvaniæ notario, super villis Drugna, Wierzbne et Podstola in terra et districtu Sandomiriensi jacentibus. Datum in nova civitate Korczyn, feria tertia post festum S. Martini, anno 1399.

Marissius de Połaniec advocatiam suam ibidem Nicolao de Lubnica obligat. Datum Szydłowiæ, feria tertia post festum S. Joannis, anno 1408.

Vladislaus rex Poloniæ Joanni judici Cracoviensi in ducentis marcis villam Strzebow obligat. Datum in Woykow, feria quinta infra octavas Nativitatis B. V. Mariæ, anno 1409.

Idem Petro Szafraniec succamerario Cracoviensi debitum trecen-

tarum marcarum in tenuta Chęcinensi inscribit. Datum Inovladislaviæ, feria tertia ante festum S. Martini, anno 1410.

Piotr Szafraniec z Pieskowej Skały, prowadził swą chorągiew pod Grunwaldem 1410, tegoż roku podkomorzy krakowski, wojewoda sandomirski 1431, krakowski 1434, umarł 1438.

Idem Andreæ Gałka de Niedzwiedz summam centum marcarum in villis Rozwiszow et Niedzwiedz inscribit. Datum Jaroslaviæ, feria secunda ante festum S. Martini, anno 1412.

Idem inscribit ducentas marcas Nicolao de Kurozwęki tenutario Szydłoviensi super bonis Szydłowiec. Datum Visliciæ, feria quarta infra octavas Epiphaniæ, anno 1413.

Joannes de Sprowa capitaneus Sandomiriensis una cum advocato et consulibus in Połaniec attestantur uxorem Nicolai dicti Pytel vendidisse molendinum in eodem oppido situm Petro dicto Sedlik pro centum et duodecim marcis mediorum grossorum. Datum in Połaniec, feria tertia post festum S. Francisci, anno 1415.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. III, p. 374.

Vladislaus rex Poloniæ concedit facultatem producendæ villæ Szczekarzowice Joanni sculteto de Szczekarzowice. Datum in Parczow, in vigilia S. Michaelis, anno 1416.

Litteræ Vladislai regis super advocatiam in villa Samborzyn ad arcem Solecensem spectantem nobili Petro Piczek cum onere expeditionis bellicæ. Anno 1416.

Petrus de Sułkow judex, et Zawissius de Oleśnica subjudex Sandomirienses, attestantur nobiles Petrum, Florianum, Joannem et Nicolaum fratres germanos, olim Floriani de Morsko filios, de hæreditate paterna herciscunda certam concordiam inivisse. Anno 1419, feria secunda post S. Francisci.

Martinus castellanus Zawichostensis, et Stiborius fratres germani de Rytwiany hæredes, recognoscunt se vendidisse suam villam Strożyska cum omnibus juribus et utilitatibus Vladislao regi Poloniæ pro mille quadringentis marcis. Datum in nova civitate Korczyn, feria quarta in vigilia Decollationis S. Joannis Baptistæ, anno 1420.

Marcin z Rytwian (Zborowski herbu Jastrzębiec), kasztelan zawichoski, zostawił dwudziestu synów, z których ośmiu w wojnie pruskiej poległo.

Vladislaus rex Zbigneo Bank castellano Rospiriensi consentit super exemptionem villarum Korzkowice, Pokiszko, Żelaznenogi, et Wola Żelazowska in palatinatu Sandomiriensi. Anno 1421.

Zbigniew de Altomonte, z Wysokiej Góry, kasztelan rozpirski, u Rzyszczewskiego pod rokiem 1421 i 1423, *Codex dipl.*, t. III, p. 382, 384; u Lelewela 1430.

Idem quadringentas marcas Petro Szafraniec in castro Chęcinensi, oppidoque et villis inscribit. Datum in Bystrzyca, anno 1421.

Idem in oppido Ryczywoł forum annuale bis in quolibet anno, videlicet S. Kiliani et tribus diebus sequentibus, tum et septimanale secundis feriis concedit, nec non salis liberam emptionem sine exactione telonei. Datum in Jedlno, die S. Michaelis, anno 1421.

Idem nobili Pełka de Strudlice quinquaginta marcas ad priores adjungit, et in sorte villæ Mokrsko inscribit. Datum in Korczyn, anno 1424.

Idem Sophiæ reginæ consorti suæ in dotalitium adscribit et adjungit duo prædia cum villis Zagoszcz et Bogucice prope Visliciam. Anno 1424.

Idem Petro Szafraniec succamerario et capitaneo Sandomiriensi trecentas marcas in villa Facisławice inscribit. Datum in Żukow, anno 1425.

Idem Domarato de Kobylany castellano Biecensi diversis privilegiis summas assignatas uno privilegio comprehendit, et ad summam mille centum marcarum reductas assecurat in Zawichost, Sobotka et aliis eo pertinentibus bonis. Datum Sandomiriæ, feria tertia post dominicam Invocavit, anno 1428.

Domarat z Kobylan, kasztelan biecki, u Rzyszczewskiego, *Codex dipl.*, t. I, p. 244, 311, t. II, pars 2, p. 826, wzmiankowany w latach 1416, 1422, 1433; kasztelan wojnicki 1434, lubelski 1436.

Ejusdem litteræ eidem Domarato super castrum Zawichost. Anno 1429.

Idem Præclao de Grzybow ducentas marcas mediorum grossorum in villa Potok in districtu Szydłoviensi sita inscribit. Datum Siradiæ, die Inventionis S. Crucis, anno 1432.

Joannes Kretkowski castellanus Dobrzynensis recognoscit terram, civitatem Radomiensem, fortalitia et villas a Vladislao rege in tenutam se recepisse, obligatque ea pro posse se reformaturum, et reformata eidem regi vel post decessum ejus Sophiæ reginæ restituturum, ac præterea census solitos soluturum. Datum in Iskara ante Invocavit, anno 1432.

Jan z Kretkowa, kasztelan dobrzyński, u Rzyszczewskiego, *Codex dipl.*, t. I, p. 311, pod rokiem 1433.

Vladislaus rex Joanni Głowacz de Oleśnica mareschalco regni castrum Solec cum villis adjacentibus ad vitæ tempora confert, post fata vero ejus ducentas marcas successoribus in iisdem bonis

assecurat. Datum in Koło, feria sexta post festum S. Joannis, anno 1433.

Jan Głowacz z Oleśnicy, marszałek koronny u Niesieckiego od 1433 do 1440, u Lelewela od 1425.

Idem Joanni Farurey inscribit summam quadringentarum marcarum in villis Ramiszow et Ramiszowska Wola. Datum in Niepołomice, anno 1433.

Idem Joanni de Oleśnica mareschalco regni inscribit centum marcas super tenuta Solecensi pro pallio axamitico pellibus zibellinis subducto erogatas. Datum Lanciciæ, post dominicam Misericordiæ, anno 1434.

Vladislaus III rex Domarato de Kobylany castellano Lublinensi centum et decem marcas inscribit super oppido Zawichost et Sobotka. Anno 1435.

Domarat z Kobylan, naprzód kasztelan biecki, potem lubelski, u Niesieckiego pod rokiem 1436, wyżej już wzmiankowany.

Idem in sexingentis marcis invadiat castrum et oppidum Solec. Anno 1438.

Idem Præclao de Kurozwęki castellano Visliciensi summam quadringentarum marcarum assecurat in advocatia Szydłowiensi. Datum Cracoviæ, feria quarta post festum Conductus Paschæ, anno 1439.

Przecław z Kurozwęk (u Lelewela Krzesław), kasztelan wiślicki, postąpił na kasztelanią lubelską 1448.

Idem Joanni Gałka de Niedzwiedz ducentas marcas in villis Ramiszow et Niedzwiada inscribit. Datum Cracoviæ, feria tertia post festum Conductus Paschæ, anno 1439.

Idem Nicolao Pszonka de Jawor super villis Myszki et Zaoszyce in terra et districtu Sandomiriensi ducentas marcas inscribit. Anno 1439.

Idem Nicolao Seraphin gladifero Cracoviensi et zuppario duo millia et quingentos florenos hungaricales in castro Zawichost et bonis ad id spectantibus assecurat. Datum Budæ, feria tertia infra octavas Sacratissimi Corporis Christi, anno 1440.

Idem Joanni de Oleśnica castellano Sandomiriensi in quingentis florenis hungaricalibus bona omnia Solec assecurat. Datum in insula Czepel, in vigilia S. Martini in crastino S. Lamperti, anno 1441.

Jan Oleśnicki, o którym wyżej, kasztelan sandomirski 1438, wojewoda sandomirski 1443, umarł 1457.

Idem Floriano de Pacanow subdapifero Cracoviensi ducentas marcas in castro et civitate Solec inscribit. Datum Budæ, anno 1441.

Idem Gregorio de Branice in oppido Szydłow et villis ejus octingentas marcas inscribit. Anno 1441.

Idem Joanni Gałka de Niedźwiedź ducentas marcas in villis Ramiszow et Niedźwiada inscribit. Datum Cracoviæ, feria tertia post Conductus, anno 1441.

Mathias præpositus, et priorissa Płocensis, de consensu superiorum et totius conventus S. Mariæ Magdalenæ monasterii Płocensis, recognoscunt se intuitu majoris distantiæ villarum Margoczyno et Kozienice in palatinatu Sandomiriensi jacentium, et ad monasterium pertinentium, easdem villas pro villa Bronisławy in terra Cujaviensi sita cum rege Vladislao commutasse. Datum in monasterio Płocensi, S. Mariæ Magdalenæ, anno 1441.

Vladislaus rex Petro de Szczekociny, vicecancellario regni, et successoribus pro fidelibus obsequiis, et Budæ ad latus regium residentia quingentas marcas in castro Zawichost, villa Sobotka, advocatia in oppido Zawichost, et aliis bonis ad castrum dictum spectantibus inscribit. Datum Budæ, feria secunda ante XI millium Virginum, anno 1442.

Piotr Woda ze Szczekocina, herbu Odrowąż, podkanclerz koronny od roku 1438, zginął pod Chojnicami 1454.

Idem eidem Petro quingentas marcas inscribit, anno 1442.

Idem castrum Zawichost cum adjacentibus de manibus Domarati castellani Lublinensis permittit eximere, anno 1442.

Idem Racholdo de Korabienice ducentas marcas in castro et civitate Sandomiriensi inscribit. Datum Budæ, ante S. Laurentii, anno 1442.

Idem Derslao de Rytwiany sexcentas marcas in capitaneatu Sandomiriensi inscribit. Datum Budæ, ante S. Laurentii, anno 1442.

Dersław z Rytwian, herbu Jastrzębiec, wojewoda sieradzki 1440.

Derslaus de Rytwiany recognoscit præfecturam Sandomiriensem sibi in duabus millibus septingentis marcis, et aliis summis a Vladislao rege inscriptam et oppignoratam esse, promittens se, quam primum supradictam præfecturam adierit, terram Chełmensem sibi pariter oppignoratam in manus regias dimissurum esse. Anno 1442.

Vladislaus rex recepit in se debitum ducentarum marcarum magnifici Kierdej Kierdejowicz de Pomorzany, palatini Podoliæ, apud

16

magnificum Joannem de Czyżow castellanum et capitaneum Cracoviensem, atque prædictam summam ipsi castellano Cracoviensi in villis Jaskowice et Zarzecze in districtu Sandomiriensi inscribit et assignat. Datum Budæ, die dominica post S. Michaelis, anno 1442.

Hrycko Kierdejowicz z Pomorzan, naprzód kasztelan lwowski, potem 1438 wojewoda podolski, zmarły 1461. Jan z Czyżowa (Zaklika), herbu Półkozić, wojewoda sandomirski 1435, krakowski 1437, kasztelan krakowski 1438, umarł 1457.

Idem Joanni de Oleśnica palatino Sandomiriensi pro Paulo de Sienno fidejubendo summam centum marcarum assecurat in oppido Solec et villis ad id spectantibus. Datum sub castro Albanander, anno1442.

Idem eidem in summa trecentarum marcarum quam Joanni Farurey de Garbow dapifero Cracoviensi ex mandato regis dederat, castrum et oppidum Solec cum adjacentiis inscribit. Datum Budæ, feria tertia in vigilia S. Mariæ Magdalenæ, anno 1444.

Casimirus rex Præclao de Kurozwęki, castellano Lublinensi, centum marcas inscribit super oppido Szydłow et villis. Datum in nova civitate Korczyn, post festum XI millium Virginum, anno 1456.

Kresław z Kurozwęk, kasztelan wiślicki 1440, lubelski 1448, umarł 1458.

Idem Præclao de Kurozwęki, castellano Lublinensi, ducentas marcas in Szydłow inscribit. Petricoviæ, feria sexta ante Reminiscere, anno 1457.

Idem Andreæ Joannis de Oleśnica, palatini Sandomiriensis filio, summam centum marcarum ad summas patri inscriptas adscribit in oppido Solec. Sandomiriæ, anno 1458.

Idem Paulo de Szczekociny castrum Zawichost donat, anno 1464.

Idem Dobieslao de Kurozwęki in oppido Szydłow, villisque ad id pertinentibus marcas quadraginta assecurat. Datum in conventu Petricoviensi, anno 1464.

Ejusdem obligatio super Zawichost in quadringentis florenis aureis et centum marcis, anno 1465.

Idem castrum Zawichost in tribus millibus hungaricalibus florenis invadiat, anno 1466.

Idem Petro de Kurozwęki ducentos florenos hungaricales, et summam quinquaginta marcarum in oppido Szydłow, et villis ad id pertinentibus assecurat. Datum Lanciciæ, anno 1466.

Idem Petro Lubelczyk de Korozwęki summam ducentarum marcarum inscribit super oppido Szydłow. Datum Cracoviæ, anno 1466.

Commutatio bonorum Rozniatow et Zarzecze pro bonis Milantki et Sokola, anno 1470.

Casimirus rex Derslao de Rytwiany, palatino et capitaneo Sandomiriensi, super castro et civitate Sandomiriensi mille marcas inscribit. Datum Cracoviæ, anno 1471.

Dersław z Rytwian, o którym wyżej, wojewoda i starosta sandomirski od 1457, postąpił 1472 na województwo krakowskie, a 1477 na kasztelanią krakowską, i tego roku umarł.

Idem Joanni de Rytwiany, mareschalco regni, oppidum Połaniec cum villa Strzegow, advocatiam in eodem oppido, cum aliis villis, pro summa mille quadringentarum marcarum jure reemptio alias *wyderkaf* vendit. Datum in nova civitate Korczyn, feria quinta post festum S. Michaelis, anno 1472.

Jan z Rytwian, marszałek wielki koronny od roku 1458 do 1477, kasztelan sandomirski 1474, wojewoda krakowski 1477, zmarły 1480.

Co były *wyderkafy* powiedziało się pod dokumentem województwa krakowskiego z roku 1471.

Idem Nicolao de Kurozwęki centum marcas in castro et oppido Szydłow inscribit. Datum in Opatowice, anno 1473.

Idem dat facultatem Derslao de Rytwiany, palatino Cracoviensi, eximendi villas Jaskowice et Zarzecze. Datum in Brzeście, 1475.

Idem Joanni Gałka de Niedźwiedź aulico suo de consilio consiliariorum centum marcas super villa Rozmysłow et aliis inscribit. Datum in Thorun, feria sexta ante festum S. Martini, anno 1475.

Idem Nicolao de Kurozwęki in oppido Szydłow centum et quinquaginta marcas inscribit. Datum in conventione generali Petricoviensi, feria sexta post festum Decollationis S. Joannis, anno 1476.

Idem Jacobo de Paniewo quinquaginta hungaricales florenos super castro Korczyn inscribit, anno 1477.

Joannes de Rytwiany, palatinus Cracoviensis, suam et germani sui Derslai, castellani Cracoviensis et capitanei Sandomiriensis, implendo liberam voluntatem, omnes summas et obligationes a Casimiro rege Poloniæ, et Vladislao Hungariæ, in castro, civitate, oppidis, atque villis Sandomiriensibus sibi inscriptas donat regi et reipublicæ, obligatque se rex ex eo tempore post decessum dicti Joannis nunquam se et suos successores dictum castrum alienaturos, et nunquam invadiaturos, declaratque tales obligationes fore irritas, et ambientes illarum pro hostibus habendos. Datum Petricoviæ in conventione generali, anno 1478.

Casimirus rex promittit se terram Sandomiriensem nemini neque in toto, neque in parte, nullo modo obligaturum, esse irritum pronuntiat, si quid eorum factum fuerit, illum vero hostem reipublicæ et læsæ majestatis reum, qui aliquo modo eam obligatam tenebit, et sine strepitu judicii posse eum depelli. Datum in conventione generali Petricoviensi, feria quinta ante dominicam Esto mihi, anno 1478.

Vol. Leg. I, fol. 231.

Na sejmie w Piotrkowie roku 1478 o to prawo uczyniono, aby żaden pod poczciwością nie śmiał na starostwo sandomirskie summy królowi dawać; a to ztąd przyszło, iż nieboszczyk Dzierżek Rytwiański mając summę na Sandomirzu jeszcze od Władysława III króla polskiego zapisaną, oddał ją testamentem królowi: przetoż Jan Rytwiański brat jego musiał ją królowi odpuścić, i Sandomierz wrócić, o co rozgniewawszy się podburzył innych, chcąc tem królowi ugryźć, aby tam na to nikt potem królowi pieniędzy nie pożyczał. Bielski pod rokiem 1478.

Idem Nicolao de Kurozwęki super castro et villis Szydłow centum marcas inscribit. Datum in Korczyn, feria tertia ante festum S. Magdalenæ, anno 1479.

Boleslaus de Chlewisko judex, et Nicolaus de Skrzynno subjudex terræ Sandomiriensis, significant reperiri in actis terræ Sandomiriensis venditionem villæ Parkocin in districtu Visliciensi sitæ, Casimiro regi Poloniæ pro ducentis marcis et decem florenis hungaricalibus, per Paulum de Parkocin factam. Datum in Korczyn, feria tertia ante festum S. Elisabethæ, anno 1479.

Casimirus rex attestatur se Nicolao de Kurozwęki, castellano Rozpiriensi, villas Czayki et Bukowo in terra Sandomiriensi existentes pro mille marcis polonicalibus in vim reemptionis sub certis conditionibus vendidisse. Datum Sandomiriæ, anno 1485.

U Lelewela kasztelanem rozpirskim od 1475 jest Dobiesław z Kurozwęk.

Idem decernit et adjudicat stationes in villis hæreditariis Nicolai Borek Czecznowiny et Trzemyszyny dictis Nicolao de Kurozwęki, castellano Siradiensi. Datum Petricoviæ in conventu generali, ante festum S. Elisabethæ, anno 1488.

Mikołaj z Kurozwęk, naprzód kasztelan rozpirski, potem od 1485 do 1500 kasztelan sieradzki, nakoniec wojewoda lubelski, zmarły 1505.

Joannes Albertus rex confirmat generaliter omnia jura, privilegia, etc., omnibus cujuscunque status et conditionis incolis terræ Sandomiriensis. Datum in conventione generali Petricoviensi, feria quinta die S. Valentini, anno 1493.

Idem Joanni et Nicolao Gayslar civibus Sandomiriensibus telo-

neum Sandomiriensem ad triennium arendat. Datum in crastino S. Martini, anno 1496.

Judex et subjudex Sandomirienses attestantur Nicolaum Kmita de minori Strykowice donasse et inscripsisse medietatem bonorum in oppido Zwoleń existentium Petro Szafraniec de Pieskowa Skała. Datum Radomiæ, feria tertia post festum S. Hedvigis, anno 1496.

Judex et subjudex Sandomirienses recognoscunt Petrum Szafraniec medietatem bonorum in oppido Zwoleń acquisitam Elisabethæ reginæ donasse et resignasse. Datum Radomiæ, feria quinta post festum Conversionis S. Pauli, anno 1497.

Oppidum Robczyce cum villis eo pertinentibus invadiatur in summa duorum millium quingentorum florenorum hungaricalium a Joanne Alberto rege mutuo accepta Nicolao Zborowski. Datum Cracoviæ, feria sexta post festum SS. Petri et Pauli apostolorum, anno 1498.

Alexander rex confirmat omnia jura, privilegia nobilitati terræ Sandomiriensis. Cracoviæ, anno 1502.

Idem Stanislao Lanckoroński pocillatori Sandomiriensi confert stationem Sieciechoviensem ad decem annos. Datum Brestiæ, ipso die S. Apolloniæ, anno 1505.

Idem tria millia et quadringentos viginti aureos hungaricales inscribit ad extenuationem in capitaneatu Radomiensi Petro Szafraniec de Pieskowa Skała, castellano Visliciensi. Datum in conventione generali Petricoviensi, feria secunda post festum S. Valentini, anno 1506.

Piotr Szafraniec z Pieskowej Skały, kasztelan wiślicki i starosta malborski w latach 1501, 1505. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. I, p. 229, 357.

Joannes hæres de Milkow mensuram tertiam in molendino murato ad Chęcin spectante Nicolao de Szydłow pro centum et quinquaginta marcis vendit. Datum in castro Chęcinensi, feria secunda ante festum S. Stanislai, anno 1507.

Exemplum actus commissorialis exemptionis molendini in Solec per Christophorum, Nicolaum et Stanislaum Sobkowicze tenutarios castri et oppidi Solec a Sigismundo rege Poloniæ. Datum in conventione generali Petricoviensi, feria tertia post dominicam Oculi, anno 1507.

Sigismundus rex Gasparo Macieiowski curiensi suo florenos mille ducentos sexdecim super statione monasterii Buscensis inscribit ad extenuationem summæ ejusdem. Post Conductus Paschæ, 1507.

Idem Andreæ do Koscielec, castellano Biecensi, Scepusiensi et

Bidgostensi capitaneo, zuppario, et magno procuratori arcis Cracoviensis vacantem castellanatum Visliciensem post decessum Petri Szafraniec confert. Datum Visliciæ, sabbato in octava S. Martini, anno 1508.

Jędrzej Kościelecki, kasztelan biecki, od 1508 wiślicki, u Lelewela wojnicki 1512, od 1510 podskarbi wielki koronny, był 1515 na zjeździe monarchów w Wiedniu, i tegoż roku umarł.

Jasko hæres de Koluszow, judex castri Szydłowiensis, Stanislao de Czyżow villam Oczapy in sexaginta marcis obligat. Datum in Szydłow, in octava S. Bartholomæi, anno 1512.

Sigismundus rex confert advitali jure bona Zawichost Silvestro Ożarowski succamerario Cracoviensis curiæ suæ. Anno 1515.

Ejusdem Sigismundi regis litteræ, quibus Beatam de Tenczyn conservat circa jus advitalium in Pilzno, cassatis et sublatis omnibus stationibus regi pendi solitis, post decessum vero ejus bona præfata Pilzno sine omni solutione et repositione summarum inscriptarum ad regem redire debebunt. Datum Cracoviæ, die dominica Reminiscere, anno 1515.

Copia actus commissorialis exemptionis tenutæ Solec per Abrahamum Józefowicz thesaurarium magni ducatus Litvaniæ de manibus Nawoyce de Wisnicz. Anno 1517.

Sigismundus rex obligationem oppidi Szydłow cum advocatia Pierzchnica et villis eo spectantibus in summa mille florenorum hungaricalium Christophoro de Szydłowiec, palatino et capitaneo generali Cracoviensi, transfert in titulum perpetuæ venditionis seu *wyderkaf*, non nisi a successoribus ejus redimenda bona hæc sint declarata. Datum Thorunii, post festum S. Bartholomæi apostoli, anno 1520.

Krzysztof Szydłowiecki, naprzód kasztelan sandomirski, od 1513 kanclerz wielki koronny, wojewoda krakowski 1515, kasztelan 1526, zatrzymując wielką pieczęć aż do śmierci 1532.

Ejusdem consensus eximendi oppidi Szydłow et Pierzchnica cum villis Christophoro de Szydłowiec, cancellario et palatino Cracoviensi de manibus Barbaræ et liberorum de Kurozwęki. Datum Thorunii, feria sexta ante Pentecostes, anno 1520.

Paulus de Samborzec hæres vendit bona sua, villas Samborzec, Żukow et Życ in terra Sandomiriensi consistentes, pro summa quatuor millium florenorum polonicalium Sigismundo regi Poloniæ et ejus successoribus. Datum Vilnæ, ante festum Pentecostes, 1525.

Judex et subjudex Sandomirienses attestantur nobilem Cathari-

nam consortem nobilis Joannis Szczepecki de Dimitrow, filiam vero Pauli Samborzecki, de consensu tam patris quam mariti, inscriptionem Sigismundo regi Poloniæ per præfatum Paulum Samborzecki occasione villarum ipsius hæreditariarum Samborzec, Żukow et Życ in districtu Sandomiriensi consistentium titulo perpetuæ venditionis factam recognovisse, approbasse, atque se omni jure suo in bonis prædictis in regiam majestatem cessisse eique abrenuntiasse fatetur. Datum Sandomiriæ, feria tertia post festum S. Francisci, 1536.

Sigismundus rex privilegium Alexandri regis de data Cracoviæ, feria secunda Paschæ, anno 1502, continens jura, libertates, prærogativas etc., etc., per reges et reginas Poloniæ nobilitati palatinatus Sandomiriensis quocunque modo collatas in toto confirmat. Datum Cracoviæ, feria sexta post festum S. Luciæ, anno 1537.

Coram actis castrensibus Cracoviensibus Joannes Stybski de Styby liberam fossionem et usufructum subterraneum, facultatemque quærendi mineras et metalla in montibus suis Chęcinensibus dat Sigismundo regi Poloniæ. Datum Cracoviæ, ante festum S. Stanislai, anno 1537.

Sigismundus Augustus Hieronymum Szafraniec de arenda capitaneatus Chęcinensis quietat. Datum Lublini, feria quarta post Jubilate, anno 1554.

Actus commissorialis super exemptionem molendini novæ civitatis Korczyn de manibus Joannis, Stephani et Christophori Dzielinhoff fratrum germanorum; adjudicantur quinquaginta marcæ pro eo. Anno 1554.

LITTERÆ PALATINATUS LUBLINENSIS.

Vladislaus III rex Poloniæ Nicolao Firley de Dąbrowica vexillifero Cracoviensi, capitaneo Lublinensi, ducentos florenos pecuniæ communis super villis Krzczonow, Swidnik, Danowice et Wrotkow in terra Lublinensi sitis, nec non in molendinis et piscinis circa civitatem Lublinensem assecurat. Datum Petricoviæ, sabbato ante dominicam Oculi, anno 1435.

Idem Jacobo de Kobylany ratione servitiorum parenti suo præstitorum inscribit centum decem marcas in villa Wilkolas. Datum Cracoviæ, feria quarta post festum S. Gregorii, anno 1435.

Idem Gorkoni de Zdziechow similiter pro servitiis parenti suo præstitis inscribit in Wilkolaska wola centum marcas. Datum Budæ, feria tertia post festum Assumptionis, anno 1440.

Pensio annua quotannis solvenda, unus pelliceus et sex ulnæ panni cuidam Kara Murza Turcæ, quod post detentionem triginta annorum in vinculis, libertati datus ac dimissus, sponte sua ad regnum hoc reversus est, ex proventibus capitaneatus Lublinensis assignata. Datum in Knyszyn, die 18 novembris, anno 1443.

Derslaus de Rytwiany, palatinus et capitaneus Sandomiriensis, transfert villam Wilkolaska wola cum summis in eadem inscriptis in personam Nicolai Opocki consensu regio ad id accedente. Datum Cracoviæ, in vigilia Nativitatis B. V. Mariæ, anno 1447?

Data tego dokumentu jest mylna, bo Dersław z Rytwian został dopiero wojewodą sandomirskim roku 1457, jak się wyżej powiedziało.

Casimirus rex dat consensum Derslao de Rytwiany eandem villam Wilkolaska wola de manibus filiorum Joannis Lassotæ eximendi, ac præterea summam ducentarum marcarum eidem Derslao de Rytwiany in villa Chotcza inscriptam transfert ad villam Wilkolasy, et insuper ratione servitiorum addit ei centum marcas. Datum Cracoviæ, feria sexta post festum Assumptionis, anno 1471.

Idem rex assumit in se centum marcas per eundem Derslaum de Rytwiany Nicolao Opocki debitas, easque eidem Opocki inscribit in villa Wilkolaska wola. Datum Cracoviæ, anno 1473.

Beatrix Neapolitana relicta Gabrielis Morawiec de Mysłow hæredis, Nicolai Morawiec..... dotis et dotalitii sui reformationem, quam habuit in villis Mysłow, Wola mysłowska, Wietrzne, Kamień et aliis in terra Lukoviensi jacentibus, a præfato marito inscriptam in toto transfert. Datum Cracoviæ, ante festum Assumptionis, anno 1531.

Nicolaus Morawiec de Mysłow recognoscit se debere Beatrici Neapolitanæ relictæ olim Gabrielis Morawiec de eadem Mysłow hæredis, respectu dotis summam mille ducentorum florenorum monetæ in regno currentis, quæ summa super bonis Mysłow inscripta et assecurata erat. Idem insuper recognoscens obligat se prædictam summam duabus ratis exsoluturum, post exsolutionem vero præfata Beatrix debebit et tenebitur coram regia majestate de satisfactione sibi præstita sufficienter cavere, juxta usum et præscriptionem legis, nec impedire postmodum aut quovis modo interturbare intromissionem et possessionem pacificam bonorum inscriptioni suæ subjectorum. Datum Cracoviæ, in vigilia Assumptionis, anno 1531.

Adamus Kleszczowski in Kleszczow hæres bona sua seu sortem in

præfata Kleszczow Joanni comiti a Tenczyn palatino Sandomiriensi, capitaneo Lublinensi donat perpetuo. Datum in castro Lublinensi, feria sexta ante dominicam Ramis Palmarum, anno 1552.

Jan Tenczyński, wojewoda i starosta sandomirski, umarł 1553; więc data dwóch następnych dokumentów jest mylna.

Idem Adamus Kleszczowski eidem Joanni a Tenczyn sortem in Kleszczow donat. Feria quinta post dominicam quadragesimalem anno 1555?

Item in eodem castro Lublinensi Paulus Bartholomæus, et Leonardus Kleszczowski vendunt eidem palatino suas ibidem sortes. Anno 1555?

LITTERÆ PALATINATUS RUSSIÆ.

Leo dux Russiæ servitori suo Siemkoni Tatarzynowicz in bonis Samboriensibus donat certas sortes seu Drożyszcza dąbrowa dictas. Datum in antiqua Sambor, anno 1265.

Lew, syn Daniela króla ruskiego, xiąże ruski to jest po ojcu włodzimierski, po Swarnonie łucki i drohicki w ziemi chełmskiej, po stryju Wasilu halicki aż do Podgórza, jak świadczy powyższe jego nadanie jakiemuś Tatarzynowi, umarł roku 1301.

Leo dux Russiæ donat servitori suo Siemkoni Tatarzynowicz quatuor curias in bonis Samboriensibus sitas. In Sambor, anno 1265.

Leo dux Russiæ servitoribus suis donat Latinow, in Præmisliensi districtu.

Episcopus Luceoriensis ritus græci regni Poloniæ promittit regi Poloniæ pro metropoli Haliciensi ducentas marcas se soluturum. Anno 1319.

Casimirus magnus rex Poloniæ Simoni Edlam villam Stobno in districtu Præmisliensi incipiendo in villa Nakło usque ad fluvium Wisna jure hæreditario donat, servitio militari reservato. Datum Sandomiriæ, die S. Margarethæ, anno 1358.

Vladislaus Opoliensis et Russiæ dux donat villam Drossow, in districtu Samboriensi jure vassallorum Jaskoni. Datum Vilnæ, 19 junii, anno 1375.

Król Ludwik podarowawszy siostrzeńcowi swemu Władysławowi, xięciu opol-

skiemu, ziemię wieluńską, dobrzyńską, którą on krzyżakom zastawił, tyle mu ziem i zamków na Rusi ponadawał, że ten zaczął się pisać xięciem ruskim, bez względu na to że Ruś jeszcze roku 1340 z Polską się złączyła.

Idem villam Czerwice in districtu Samboriensi Mathiæ cuidam jure feudi donat, reservato sibi servitio militari. Datum in Grodek, anno 1377.

Idem donat villam Odrypole cum attinentiis servitori suo Ladimiro nomine Valacho. Anno 1378.

Anna? regina Hungariæ Josepho Olkusz villam Kuczondorf, centum et duodecim mansos continentem, in silva Posarz erectam, confert cum onere servitii cum hasta. Datum calend. martii, 1383.

Jeżeli data tego dokumentu jest prawdziwa, ponieważ Elżbieta, matka króla Ludwika, umarła roku 1380, to ta Anna, której nie było na świecie, musi być albo Elżbieta, druga żona Ludwika, bo pierwsza umarła 1349, albo córka jego Marya, żona Zygmunta króla węgierskiego, potem czeskiego i cesarza, ale coby ta miała do Rusi?

Alexander Vitoldus dux Brestensis, Georgius Bełzensis, Theodor Rohatinensis, Vasilo Pinscensis, Theodor Vladimiriensis, Simeon Stepanensis, et Georgius Słucensis, duces fratres, Vladislao regi pro Benedicto palatino Haliciensi cavent. In crastino S. Laurentii, anno 1387.

Jadwiga stanąwszy pod niebytność męża na czele rycerstwa, powypędzała z twierdz ruskich Przemyśla, Jarosławia, Gródka, Trębowli, załogi węgierskie, zostawione w nich przez jej ojca Ludwika, który chciał Ruś od Polski oderwać i do Węgier przyłączyć. Węgrzyn Benedykt, dowódzca w Haliczu, poddał ten zamek dobrowolnie, i za jego wierność na przyszłość ręczą królowi wyżej wymienieni kniaziowie.

Simeon dux Vladislao Jagielloni regi, Hedvigi conthorali ejus, puerisque hæredibus ipsorum, ac coronæ Poloniæ homagium jurat. Feria tertia ante festum Purificationis, anno 1388.

Szymon, w pogaństwie nazwany Lingwenis, syn Olgierda z drugiej żony, wykonał także roku następnego w Sandomierzu przysięgę wierności królowi Jagielle i koronie polskiej, jako rządca Wielkiego Nowogrodu.

Spytko de Melsztyn advocatiam in nova Sambor Beymikoni pro octoginta marcis resignat. Datum in Sambor, anno 1390.

Spytek z Melsztyna, wojewoda krakowski, poległ w bitwie z Tatarami nad Worsklą roku 1399 wraz z synem Rafałem.

Vladislaus rex confirmat litteras palatini Russiæ continentes venditionem villarum Dobrutryce et Wienczanowice in personam Sem-

ladii Armeni, pro trecentis sexagenis in numero ruthenico factam. Datum Leopoli, in vigilia Omnium SS., anno 1391.

Idem villam Iskrzyna wola in terra Sanocensi Joanni Watay de Kaszanow in octoginta marcis confert. Anno 1395.

Idem Iwankoni Kaplicz de Nachorecz possessionem ejusdem villæ Nachorecz conservat, et donationem Leonis ducis Russiæ jus perpetuum ejusdem villæ tribuentem confirmat, onere servitii militaris reservato. In Medika, anno 1403.

Nobiles ac terrigenæ terræ Russiæ causam occasione oppidi Tyczyn et totius districtus Zalesie, inter regem Vladislaum et Hedvigim relictam Ottonis de Pilca, palatini Sandomiriensis, ac Elisabeth filiam ipsius, consortem Vincentii de Granow capitanei Naklensis, judicialiter complanant, ac regi ut solutis quinquaginta marcis eadem bona recipiat, decernunt. In Medika, anno 1404.

Otto z Pilcy, herbu Topor, wojewoda sandomirski. Córka jego Elżbieta, porwana przez Morawczyka, poślubiła naprzód Wincentego Granowskiego, starostę nakielskiego, potem 1417 Władysława Jagiełłę, zeszła bezpotomnie 1420, zostawiwszy tylko z pierwszego małżeństwa syna Jana, dla którego hrabstwa od króla wyjednać nie mogła.

Vladislaus rex villam Materna wola cum scultetia ac ecclesia ibidem fundat, pro sculteto quatuor bancos salis, pro ecclesia unum laneum, et alias donationes juxta consuetudinem aliarum ecclesiarum attribuit. Datum in Szydłowiec, ante festum S. Andreæ, 1408.

Idem nobilibus Thomæ et Nicolao Pakoszom de Pakoszowka donat jure feudi villam Tomkino, quondam Pakoszowka, cum onere solutionis ad cameram regiam duorum grossorum et servitii militaris cum una lancea et una balista in equis velocibus,... de curiis, tum personalis ibidem residentiæ. Cracoviæ, die dominica Oculi, 1408.

Idem dat facultatem Janussio carpentario suo extruendi molendinum in fluvio Wieprz juxta oppidum Krasnystaw. Datum Sandomiriæ, post dominicam Invocavit, anno 1410.

Machna Uzwartowska cedit Jachnie Kijskiej de bonis Uzwartow. Datum Leopoli, post festum Paschæ, anno 1414.

Vladislaus rex, quum Philippum de Delatyn judicem Drohobycensem constituisset, ac cives ejusdem civitatis Drohobycensis ignobilitatem illi objicerent, illeque nobilitatem deduxisset coram rege, nobilitatis prærogativam illi adjudicat. Anno 1415.

Mathias episcopus Præmisliensis jus patronatus canonicatuum et præbendarum ecclesiæ suæ cathedralis Præmisliensis ad Vladislaum

regem et ejus successores perpetuo transfert. Datum in Przemyśl, anno 1417.

Maciej, herbu Janina, biskup przemyski od 1392 do 1417, a może i dalej.

Vladislaus rex, ad instantiam Vaskonis et Procopii fratrum de Tysmienica, villam illorum Strzewice in districtu Zydaczeviensi sitam, in civitatem erigit et in jus Magdeburgicum transfert. Cracoviæ, ante festum S. Catharinæ, anno 1417.

Litteræ originales super advocatiam Rohatynensem ante Filipowice dictam a Woleszko de Przesłużyc Petro Lipnicki. Datum Leopoli, sabbato ante festum Ascensionis, anno 1419.

Vladislaus rex Petro de Sprowa in villis Ortaszow et Mierzwica ad priores summas viginti marcas adscribit. Anno 1419.

Idem Iwankoni Kaplicz de Podhorce donationem Leonis ducis villæ Podhorce, exceptis duabus arcibus ibidem sitis, Zachiczyno, Pascierowo et Dworzyszcze in fluvio Dniester approbat, reservato onere militaris servitii. Anno 1421.

Idem Matfieio Prasielczyk in villa Siedliszcze districtus Præmisliensis curiam Kłopocice perpetuo donat. In Niepołomice, 1422.

Idem civitatem Drohobycz jure Magdeburgensi donat, et centum ei laneos Franconicos jungit, advocatiam Joanni Manczyk de Dąbrowa regis mensæ pincernæ generali jure perpetuo donat, telonei in ponte Gruszow pro se reservat medietatem, et alteram advocato præfato donat. Gnesnæ, anno 1422.

Idem quinquaginta marcas addit nobili de Sprowa ad centum marcas super Ortaszow.

Idem in oppido Jasło et villis Koczaiowa, Gorawice, Ikaszczowice Raphaeli de Miechow sexcentas marcas assecurat. Anno 1423.

Idem ducentas decem marcas Nicolao Herburt de Fulsztyn, in villa Kolpierz ad Drohiczyn pertinente inscribit. Anno 1423.

Idem nobilibus Nicolao et Stephano fratribus de Tunowa pro quinquaginta marcis vendit sculteticiam in villa Olszanka, in Biecz, anno 1423.

Idem concedit Miklassio ut posset reformare dotem uxoris suæ in villa Kolpierz. Anno 1425.

Commissarii regis Vladislai jus ad medietatem advocatiæ in Trębowla Barbaræ, Thomæ civis Præmisliensis uxori, contra Margaretham Joannis advocati de ibidem consortem, adjudicant. In Halicz, feria sexta post festum S. Joannis Baptistæ, anno 1427.

Vladislaus rex centum marcas inscribit Nicolao de Fulsztyn in villa Kolpierz. Anno 1427.

Proceres terræ Russiæ ex Sniatynensi et Haliciensi districtu promittunt sub fide et honore pro se et successoribus regi ac regno Poloniæ fidelitatem, eisque consilio et auxilio se semper adfuturos. Datum Haliciæ, die SS. Petri et Pauli, anno 1427.

Similiter nobiles et incolæ districtus Kołomiensis. Anno 1427.

Proceres et nobiles terræ Leopoliensis renovant pristinum juramentum Vladislao Jagielloni, et Vladislao filio suo primogenito, ac eorum successoribus et coronæ regni Poloniæ, eisque consilio et auxilio contra omnes hostes se adfuturos pollicentur. Anno 1427.

Similiter incolæ districtus Haliciensis et Præmisliensis, 1427.

Similiter nobiles districtus Trębowliensis. Anno 1427.

Similes litteræ nobilitatis districtus Sanocensis. Anno 1427.

Similiter nobiles et incolæ omnium districtuum terrarum Russiæ. Die SS. Petri et Pauli, anno 1427.

Vladislaus Jagiello Mytkoni, Simeonis ducis Brestensis filio, villas Kropy, Wanierce, Kąkolowce, Komarno, Litowczyce in Grodecensi, ac Kleczko in Sanocensi districtibus in terra Russiæ jure perpetuo donat. Si tamen absque prole decesserit, trecentis marcis solutis, fratres ejus istis bonis cedere regi tenebuntur. Datum Præmisliæ, ante festum S. Mariæ Magdalenæ, anno 1427.

Idem Zbrozkoni de Zbrozek villam Borek in fluvio Mezdyca, Chozdeczkow in fluvio Trebno, Dziekow in fluvio Mozda, et desertum in Kaczowa fluvio ad locandam villam, item villam Hołuszczewice in fluvio Gniła Ruda, et Zatmiszow in fluvio Woratynka districtus Trębowliensis ad vitam donat, post mortem vero ipsius trecentæ marcæ solvantur successoribus, idque pro resignata hæreditate in Borek regi facta. Datum Gnesnæ, anno 1428.

Idem concedit villam Babino de manibus Fredro quingentis marcis redimere. Datum in Leżaysko, anno 1429.

Idem Ebermuth de Winiary pincernæ Calissiensi scultetiam in villa Płonka duodecim laneos continentem in districtu Chełmensi donat. Datum in Biecz, anno 1429.

Idem Iwankoni Dziak et Klimaszoni fratribus ducentas marcas in villa Wysokie in districtu Samboriensi inscribit. Anno 1430.

Commissarii regis Vladislai Steczkoni de Czaykowice aream Horczkowa appellatam, quam Petrus Nasagmanowicz sibi usurpabat, adjudicant. Datum in Medika, anno 1431.

Vladislaus rex venditionem villæ Podłoże per Popielowie hæredes ibidem Pełka de Jurgnowice pro centum sexaginta marcis coram actis terrestribus Sanocensibus recognitam approbat. Præmisliæ, anno 1431.

Idem Nicolao Rachowski villam Sieniawa in quadraginta marcis ad vitæ ipsius tempora confert. Anno 1431.

Idem Nicolao Słabosz de Kawęcin cubiculario suo in villa Jaroszowiec et Malbuzno districtus Chełmensis centum marcas inscribit. Anno 1431.

Idem Janussio et Joanni Nekandy de Grzegorzewice super villa Krzyczkowa centum marcas inscribit. In Sambor, anno 1431.

Judicium terrestre Sanocense attestatur venditam villam Podlasce per Popiele hæredes de ibidem Pełka de Jurgnowice pro centum sexaginta marcis. Datum in Sambor, anno 1431.

Vincentius de Szamotuły, castellanus Międzyrzecensis, spondet Vladislao regi castra Leopoliense, Præmisliense in nomine ejus se conservaturum. Datum in Krasnystaw, feria quinta post festum Nativitatis B. V. Mariæ, anno 1431.

Wincenty z Szamotuł, kasztelan międzyrzecki pod rokiem także 1434. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. I, p. 316. Poległ pod Warną 1444.

Vladislaus rex Mathiæ Sznek de Ślepowrony villam Siedliszcze ad vitam confert, et successoribus ejus centum marcas inscribit. Anno 1432.

Idem Nicolao Porawa de Luben in villis Janoczyn, Baczon, Sniatyn, Goleczyce, Matkow, Sadowice in districtu Leopoliensi ducentas marcas inscribit. Anno 1432.

Idem Mytkoni de Smoleńsko super villis Monasterczyny, Hodkowo et Chomianowkowo ducentas marcas inscribit. Siradiæ, anno 1433.

Idem Nicolao de Chrząstowo gladifero Cracoviensi in villa Łopiennik in districtu Chełmensi ducentas marcas inscribit. Anno 1433.

Hrycko Kierdeiowicz recognoscit castra Chełm et Lubomla a Vladislao rege ad quatuor annos se recepisse, ea conditione ut census in Chełm, Hrubieszow, Krasnystaw et Czermanczyn regi relinquat. Cracoviæ, feria quarta post festum S. Pauli, anno 1433.

Hrycko Kierdejowicz z Pomorzan, napadá z Buczackim 1430 na Podole i Kamieniec, przywodzi w Ratnie 1431, kasztelan lwowski 1435, wojewoda podolski 1438, Nosę Swidrygajłowego dowódzcę pobił i do niewoli wziął, umarł 1461.

Vladislaus rex civitatem Rohatyn cum suburbiis et decem villis Nicolao Porawa in ducentis marcis ad vitæ tempora confert, 1433.

Idem Vłodkoni de Swinice trecentas quinquaginta marcas mutuo ab eo acceptas super villis Modrzycz, Izdebnik et Leszono in districtu Drohobycensi assecurat. Cracoviæ, in festo Epiphaniarum, 1433.

Idem Dobieslao de Sprowa septuaginta marcas in villa Babino dat et inscribit. Datum in Krosno, die Omnium Sanctorum, 1433.

Idem eidem in bonis Drubeszowice, Zamczyce quinquaginta marcas inscribit. Datum in Niepołomice, anno 1433.

Idem quadringentas marcas Spytkoni a Tarnów, palatino Sandomiriensi, in oppido Leżaysko cum villis inscribit. Datum in Łańcut, 1433.

Spytek z Melsztyna na Tarnowie, wojewoda sandomirski, zmarły 1435.

Idem nobili Dzikowski triginta marcas inscribit in villa Brzezie. Anno 1433.

Idem Iwaszkoni Hinkowicz de Hinkowice super villa Dziwankowie mille quingentas marcas inscribit cum onere perpetuæ mansionis. Cracoviæ, anno 1433.

Idem ad petitionem Stanislai Serce villas ipsius Tutarniowa, Milestaw, Marchwino, Izayczyce de jure polonico in jus Magdeburgense transfert. Datum in Nova Civitate, anno 1434.

Proceres et nobiles terrarum Russiæ et tota communitas promittunt unum de duobus filiis Vladislai Jagiellonis regis, qui regno aptior fuerit visus, in regem se suscepturos de consensu Alexandri Vitoldi magni ducis Litvaniæ et baronum ejusdem ducatus, eumque postquam ad legitimam ætatem pervenerit corona regni insignituros, si prius jura et privilegia omnium statuum se observaturum juramento obstrinxerit, qui autem huic ordinationi contravenire, et aliquo modo quietem publicam turbare, et errores hæreticos fovere attentaverit, contra tales se insurrecturos promittunt. In conventu generali Moscicensi, post Conductus Paschæ, anno .....

Akt ten z mylną datą 1439 roku, musi być z ostatnich lat panowania Władysława Jagiełły, kiedy w wielu miejscach podobne oświadczenia czyniono, i dla tego tu przeniesiony.

Vladislaus III Nicolao de Lubraniec quadraginta marcas in villa Gostyńska inscribit. Datum Cracoviæ, post festum S. Petri ad cathedram, anno 1435.

Judicium terrestre Chełmense Elisabeth consorti Nicolai Jastkowski quadraginta marcas super villa Matce adjudicat. Anno 1436.

Proceres et nobiles terræ Leopoliensis renovant præstitum antea juramentum Vladislao regi, et Vladislao filio suo primogenito, ac eorum successoribus et coronæ regni Poloniæ, eisque consilium et auxilium contra omnes hostes pollicentur. Haliciæ, anno 1436.

Vladislaus III rex dat territoria Sniatyn et Kołomyia Michaeli Muzył de Buczacz ad vitæ tempora, et successoribus ejus inscribit ducentas marcas ibidem, Michael vero prædictus obligat se castra utraque reformaturum, turres et muros restauraturum, quod si

non præstiterit, castrum Buczacz mille sexagenis regi vult esse obnoxium. Leopoli, die S. Priscæ, anno 1436.

MICHAŁ BUCZACKI na Podole 1430 wyprawiony, odpierał napaść Litwy, Wołochów; zginął w bitwie z Tatarami 1438. Dom Buczackich wygasł na Jakubie biskupie płockim, zmarłym 1542.

Wołoczko de Kutlina fatetur a Vladislao rege solutas sibi esse centum marcas pro Elia palatino Moldaviæ. Cracoviæ, anno 1436.

Vladislaus III rex Iwankoni de Kwasielow super villis Kroświeczyn, Bereszyny, Krasne, Piaski, Horszczeń, Zabitow et Drzewinki in districtu Chełmensi trecentas marcas inscripsit. Petricoviæ, 1438.

Idem nobili Smok super villa Siedliszcze quinquaginta marcas inscripsit. Anno 1438.

Proceres regni Petro Odrowąż, palatino Leopoliensi, pro mille marcis, quas in milites Casimiri fratris regis Vladislai, electi in regem Bohemiæ exposuit, quasque rex præfatus super castro Samboriensi inscripsit, cavent. Cracoviæ, anno 1438.

PIOTR ODROWĄŻ ze Sprowy, wojewoda lwowski w roku także 1440. RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl.*, t. III, p. 417, a w poniższych 1441, 1442, potem wojewoda ruski, w Węgrzech koło Koszyc 1440 od Telefa schwytany, wiedzie Alexandra do Multan, gdzie zginął pod Krasnem w bitwie z wiarołomnym Bogdanem, roku 1450.

Vladislaus III rex Vincentio de Szamotuły, castellano Międzyrzecensi, centum marcas super villis Markowice et Zelow in districtu Leopoliensi inscribit. Datum in Grodek, anno 1439.

Idem Bartholomæo de Meniszow sexaginta marcas in villa Dąbrowka in districtu Samboriensi inscribit. Anno 1439.

Ejusdem litteræ super locationem villæ Stańczyca per Nicolaum Siestrzeniec de Zakowice sculletiæque laneorum quatuor et tabernæ donationem. Lublini, feria quinta ante Reminiscere, anno 1439.

Idem in villa Płonki in districtu Chełmensi ducentas marcas Stanislao Herburt inscribit. Anno 1439.

Idem Derslao de Rytwiany centum marcas inscribit in castro Chełmensi et Lubomla. Anno 1439.

DERSŁAW z RYTWIAN, jeden z dwudziestu synów Marcina z Rytwian, kasztelana zawichoskiego, często wspominany w dokumentach województwa sandomirskiego.

Idem Petro Odrowąż trecentas marcas in Sambor inscribit, 1440.

Idem trecentas marcas Spytkoni de Jarosław in oppido Leżaysko et villis eo pertinentibus inscribit. Budæ, anno 1440.

Idem Joanni de Buczacz, capitaneo Trembowliensi, in villis Monasterczany et Chodkow in districtu Haliciensi, marcas centum pro pallio examenteo cum auro et strumiloni dato inscribit. Budæ, post festum Ascensionis, anno 1441.

Idem eidem pro equis quatuor centum marcas ibidem inscribit. Anno 1441.

Idem Raphaeli de Jarosław super villis Stradecz, Giemienko, Zelow et Czarnowiska centum marcas inscribit. Anno 1441.

Idem per Joannem de Szamotuły, acceptis apud Stanislaum de Gora centum quinquaginta hungaricalibus, eosdem super villa Suchorzyce inscribit. Budæ, anno 1441.

Idem Petro Odrowąż, palatino Leopoliensi, sexaginta marcas in castro Samboriensi inscribit. Datum Strigonii, anno 1441.

Idem Christophoro de Wilczopole villam Podstawie confert. Datum in insula Czepel, prope Budam, anno 1442.

Petrus Odrowąż, palatinus Leopoliensis, Nicolao Tarnowski quinquaginta marcas super villa Jaroszowice inscripsit. Budæ, 1442.

Vladislaus III rex villam Gołczyce in terra Chełmensi sitam de polonico ac ruthenico jure in jus teutonicum transfert. Datum in Tarnow, anno 1442.

Idem Petro de Sprowa ducentas triginta marcas in Jasienica et zuppa inscribit. Datum in Kothowiany, anno 1442.

Idem Joanni de Koniecpole, cancellario regni, quadringentas marcas in villa Boratyn inscribit. Datum Budæ, die S. Viti, 1442.

Jan z Koniecpola, herbu Pobog, kanclerz wielki koronny, zmarły 1455.

Idem Petro de Sprowa solutionem stationis de territorio Samboriensi in sua absentia indulget. Datum in Otwiany, anno 1442.

Idem Dobieslao de Sprowa trecentas marcas in villa Wierzchowice et Nowawieś inscribit et assignat. Datum ante Otwiany, anno 1442.

Idem Michaeli de Buczacz super bonis villæ Nowosielce et taberna Niespiesz centum marcas inscribit. Budæ, anno 1442.

Idem Nicolao Wołoszko, succamerario Leopoliensi, summam septuaginta marcarum in Lubomla et aliis villis inscribit. Anno 1444.

Casimirus rex consentit villam Kolczyce in terra Chełmensi Kolczyckich commutare pro parte villæ Młodoczyn et quinquaginta marcis per regem in eadem villa Kolczyce inscriptis. Anno.....

Dokument ten z mylną datą 1444 roku w oryginale watykańskim położony; bo Kazimierz po dwuletniem ociąganiu się dopiero 1446 przyjął ofiarowaną mu koronę.

Sophia regina Nicolao Pieniążek de Witkowice sexcentas marcas mutuati debiti super capitaneatu Sanocensi inscribit. Anno 1450.

Casimirus rex Joanni a Tenczyn, palatino Cracoviensi, ducentas marcas in Lubomla inscribit. Lublini, die SS. Simonis et Judæ, anno 1450.

Jan z Tenczyna, herbu Topor, wojewoda krakowski, zmarły 1459.

Idem, acceptis ex palatinatu Russiæ de consensu et voluntate nobilium auxiliis in subsidium Alexandri palatini Moldaviæ, cavet omnibus incolis Russiæ, quod quemadmodum hæc sibi benevole præstita sunt, ita in consuetudinem hoc trahi non debeat. Datum Częstochowiæ, post dominicam Lætare, anno 1450.

Petrus Odrowąż de Sprowa, palatinus et capitaneus generalis Russiæ, et Przedborius Koniecpolski, castellanus Sandomiriensis, fidejubent incolis terrarum Russiæ pro rege Casimiro, quod eorum profectio in terram Valachiæ ad auxilium Alexandro palatino ejusdem terræ contra Tartaros ferendum juri ipsorum officere non debet, et quod regia majestas singulis super hastam consuetum stipendium quinque marcarum sit solutura. Datum in ripa fluvii Dniester, circa castrum Chocimense, anno 1450.

Alexander, syn małoletni Eliasza, wojewody wołoskiego, cioteczny brat króla Kazimierza, wygnany od stryja swego Bogdana z nieprawego łoża, od którego, lubo przysiągł wierność, Polacy pod wsią Krasnem klęskę ponieśli, gdzie Piotr Odrowąż ze Sprowy, wojewoda ruski, poległ z kilku innymi wodzami. Pijanego Bogdana zabił Piotr, syn Eliasza z nieprawego łoża, ale uciekać musiał przed Polakami prowadzącymi po raz drugi Alexandra, który roku 1453 hołd złożył. Przedborz Koniecpolski, kasztelan rozpirski 1436, sandomirski 1443, prowadził z Piotrem Odrowążem ze Sprowy Alexandra na hospodarstwo, umarł 1454. Wzmiankowane w tym dokumencie pięć grzywien na każdą kopią, Władysław Jagiełło, otrzymawszy upewnienie berła dla jednego ze swych synów, szlachcie ruszającej za granicę na wojnę płacić obiecał roku 1433.

Casimirus rex summam ducentarum marcarum Stanislao de Tenczyn in castro et oppido Lubomla inscribit. Petricoviæ, post festum S. Andreæ, anno 1451.

Idem dat consensum eximendi castrum Lubomla Joanni de Tenczyn, palatino Cracoviensi, de manibus Wołoczkonis Pokiciey de Kłodno. Grodnæ, ante festum S. Martini, anno 1452.

Idem eidem super eadem tenuta quadringentas marcas inscribit. Anno 1454.

Idem eidem trecentas marcas inscribit. Anno 1454.

Idem Dobieslao de Żurawica in villis Mastkowice et Nowawieś centum quinquaginta marcas inscribit. Datum in Nieszawa, 1458.

Idem Jacobo de Buczacz super villis Monasterczany inscribit centum marcas. Lublini, ante festum Purificationis B. V. Mariæ, 1459.

Idem Michaeli, cancellario Moldaviæ, concedit super exemptionem bonorum Lubkowice. Datum in Radziciow, anno 1459.

Michał, przywróconego na hospodarstwo Alexandra kanclerz, któremu, chcąc zapewne ująć go datkiem, król znaczną summę na żupach solnych jeszcze roku 1453 zapisał.

Idem Joanni Jarosławski de Zgłobień ducentos decem florenos hungaricales in Leżaysko inscribit. Datum Sandomiriæ, anno 1460.

Idem dat facultatem Spytkoni et Raphaeli de Jarosław eximendi oppidum Leżaysko de manibus Joannis fratris ipsorum. Cracoviæ, anno 1461.

Idem venditionem advocatiæ in Rohatyn et nonnullarum villarum per Jacobum de Lubin Stanislao de Chodecz, castellano Leopoliensi, pro mille ducentis hungaricalibus factam approbat. Cracoviæ, anno 1462.

Stanisław z Chodcza, kasztelan lwowski 1460, wojewoda ruski 1465, umarł 1468.

Hedvigis de Lubin consors nobilis Niemiera, cum consensu et assistentia patronorum, sortes suas in oppido Rohatyn et villis aliis dat, donat Stanislao de Chodecz, palatino Russiæ. Petricoviæ, 1463.

Casimirus rex Nicolao Pszonka civi Chełmensi molendinum Bielawin circa oppidum Chełm per eum emptum confirmat, 1464.

Idem. summam centum marcarum Joanni de Tenczyn in villa Lubomla inscribit. Anno 1464.

Idem Andreæ de Tenczyn, succamerario Chełmensi, super oppido Lubomla centum quinquaginta marcas inscribit. Thorunii, 1466.

Idem centum marcas Spytkoni de Jarosław inscribit in oppido Leżaysko. Cracoviæ, feria tertia Pentecostes, anno 1467.

Idem Joanni Odrowąż de Sprowa ducentas sexagenas super oppido Sambor inscribit. Cracoviæ, post festum S. Crucis, anno 1467.

Idem summam quadringentarum marcarum ex oppido Zydaczoviensi in oppidum Samboriense transfert, ac Joanni Odrowąż inscribit. Cracoviæ, feria tertia Pentecostes, anno 1468.

Idem nobilibus Ryczko et Alexandro de Podbusz decem hungaricales inscribit. Leopoli, anno 1469.

Idem Nicolao Pszonka emptionem molendini ad Chełm Bielawin nuncupatum approbat. Hrubieszow, anno 1469.

Idem Spytkoni de Jarosław summam quinquaginta marcarum in bonis Leżaysko inscribit. Datum in Leżaysko, anno 1469.

Idem abscessionem jurium ad advocatiam Rohatynensem per Joannem Sieroszow prætensorum pro centum quinquaginta marcis Stanislao de Chodecz, castellano Leopoliensi factam, cum enumeratione singulorum quæ ad eam advocatiam pertinent, approbat Leopoli, anno 1469.

Stanisław z Chodcza, syn powyższego Stanisława, kasztelan lwowski roku 1461 i 1499. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. I, p. 355; t. III, p. 430. Został roku 1507 marszałkiem wielkim koronnym, był na zjeździe monarchów w Wiedniu 1515, umarł 1529.

Idem ordinationem per Raphaelem et Spytkonem de Jarosław de non alienandis bonis nisi in successores domus suæ masculos, et de mutua successione in defectu prolis masculinæ, ita quod si linea illorum extincta esset, hæredes de Tarnow qui actu possiderent castrum Tarnow de clenodio Leliwa succedent, illis vero deficientibus Melsztynenses de armis Leliwa, factam Petricoviæ approbat. Anno 1470.

Była to pierwsza ordynacya w Polsce dla Rafała na Przeworsku kasztelana wojnickiego, i Spytka na Jarosławiu wojewodę ruskiego przez Kazimierza potwierdzona, ale nie długo potrwała; bo gdy mający prawo do spadku dzielić się dobrami ordynacyi chcieli, utrzymując nieważne jej ustanowienie, zniósł ją i uchylił roku 1519 Zygmunt I, od strón spór wiodących za rozjemcę obrany.

Idem in oppido Leżaysko et villis centum marcas Spytkoni de Jarosław inscribit. Anno 1470.

Idem generoso Odrowąż centum marcas inscribit in capitaneatu Samboriensi. Datum Cracoviæ, sabbato ante Pentecostes, 1471.

Idem Stanislao de Chodecz, palatino Russiæ, centum marcas in villa Tatarzynow inscribit. Cracoviæ, anno 1471.

U Niesieckiego i Lelewela Stanisław z Chodcza nie ma tytułu wojewody ruskiego, ale go ma ojciec jego Stanisław, o którym wyżej, zmarły 1468, i brat Otto z Chodcza zmarły 1536.

Idem Raphaeli de Jarosław inscribit centum marcas in oppido Leżaysko in conventione Korczynensi, post festum S. Francisci, anno 1472.

Idem eidem ibidem inscribit centum marcas. Cracoviæ, 1473.

Idem Stanislao de Tenczyn, succamerario Chełmensi, ducentas marcas inscribit in oppido Leżaysko. Anno 1473.

Idem Joanni Odrowąż de Sprowa centum marcas inscribit super Sambor. Petricoviæ, post festum SS. Petri et Pauli, anno 1474.

Idem Stanislao Prandota, palatino Bełzensi, triginta marcas inscribit in villa Ortaszow. Ante festum Omnium Sanctorum, 1476.

Niemasz go pod tym rokiem między wojewodami bełzkimi.

Idem Raphaeli de Jarosław ducentas marcas inscribit in bonis Leżaysko. Petricoviæ, die S. Floriani, anno 1477.

Idem villæ Jagodzin erectionem Stanislao de Buynow advocato de ibidem committit. Cracoviæ, anno 1477.

Stanislaus de Tenczyn, succamerarius Chełmensis, Stanislao de Buynow sex laneos agri incultos de cruda radice extirpandos de villa Jagodizin donat. Datum in Łomża, anno 1477.

Catharina consors Petri Borznicki, levata summa de bonis regalibus, villis Miastkowice et Zoraśnice a Joanne de Sprowa, palatino Russiæ, eum quietat. Premisliæ, anno 1484.

Jan ze Sprowy, wojewoda ruski, u Niesieckiego tylko pod rokiem 1480.

Casimirus rex decem sexagenas Joanni Odrowąż in nova et antiqua Sambor inscribit. Lublini, anno 1484.

Idem centum marcas Raphaeli de Jarosław, capitaneo Sandomiriensi, in villa Ortaszow inscribit. Sandomiriæ, post festum Conversionis S. Pauli, anno 1490.

Idem dat facultatem Nicolao Zawinski inscribendi quinquaginta marcas in villa Dąbrowka. Anno 1490.

Joannes Albertus in regem Poloniæ electus confirmat jura, privilegia, immunitates et libertates incolis regni Poloniæ, præsertim vero terræ Sanocensi per antecessores suos concessa. In conventione generali Petricoviensi, die S. Valentini, anno 1493.

Idem foralia civibus Leopoliensibus donat. Cracoviæ, anno 1494.

Quietatio Stanislai Smók ratione trecentarum quadraginta marcarum per regem in villa Izayczyce inscriptarum. Anno 1494.

Joannes Albertus rex Stanislao Małdrzyk, tribuno Leopoliensi, mille quadringentos florenos hungaricales super oppido Drohobycz inscribit. Cracoviæ, die S. Michaelis, anno 1499.

Alexander rex dat facultatem Joanni Odrowąż de Sprowa, capitaneo Samboriensi, redimendi villam Wysokie in districtu Samboriensi. Cracoviæ, in festo Omnium Sanctorum, anno 1502.

Copia privilegii Vladislai regis super scultetiam in Machaiowice in districtu Samboriensi Joanni et Spytkoni Wołosiecki. Anno 1504.

Alexander rex Joanni Felici de Buczacz advocatiam in villa Nachunowice donat. Cracoviæ, anno 1504.

Sigismundus rex renovat et confirmat litteras Vladislai et Casimiri

regum, quibus summa ducentarum marcarum Ægidio Suchodolski super villa Stromiatyn inscripta est. Anno 1509.

Idem Petro Herburt dat facultatem eximendi villas Stromiatyn, Koszelow et Drohoczow. Leopoli, anno 1509.

Idem dat facultatem Leonardo Pieczychowski, canonico Cracoviensi, artis medicinæ doctori, eximendi villam Szumow de manibus Joannis Dawidowski. Leopoli, post festum XI millium Virginum, anno 1509.

Idem Stanislao Hinck de Humienie medietatem molendini aquatici sub arce Leopoliensi donat. Vilnæ, anno 1516.

Idem Paulo Smok post resignationem Felicis Zamoyski venatoriatum Chełmensem confert. Vilnæ, anno 1517.

Idem Balthasaro Sobek de Suleiow quingentas octoginta octo marcas super tenuta Wierzeyce inscribit. Cracoviæ, anno 1521.

Idem Daszkoni Maruszyc tywonatum in villa Strzelki ad beneplacitum suum donat. Cracoviæ, ante festum S. Priscæ, anno 1521.

Extractum ex actis Haliciensibus, in quo continetur per Stanislaum de Chodecz, capitaneum Haliciensem, obligatio bonorum Hostaszczyn, Tuczapy, Nowosielec Nicolao de Nowosielec in summa ducentarum marcarum. Anno 1525.

Sigismundus rex civitati Krasnystaw centum laneos donat, nec non facultatem extirpandorum in agris virgultorum concedit. Cracoviæ, anno 1527.

Idem teloneum pontale super fluvio Wisłoka ad villam Trynka Joanni comiti in Tarnow adjudicat. Cracoviæ, anno 1530.

Idem Ottoni de Chodecz, palatino Sandomiriensi, capitaneatus Leopoliensem et Lubaczoviensem confert, cum onere mille sexcentorum florenorum quotannis sibi solvendorum. Cracoviæ, post festum Conductus, anno 1530.

Otto z Chodcza, kasztelan lwowski 1507, wojewoda podolski 1507, ruski 1518, sandomirski 1526, krakowski 1533, umarł 1536.

Actus commissariorum regis Sigismundi ratione molendini in oppido Szczerzec. Anno 1530.

Stanislaus Odrowąż, capitaneus Samboriensis, scultetiam alias kniastwo in villa Strzylki capitaneatus Samboriensis vendit Dastkoni pro ducentis florenis. Datum in Sambor, post festum S. Martini, anno 1530.

Sigismundus rex Thomæ Diaczek molendinatori ad summam capitalem addit decem marcas. Cracoviæ, anno 1532.

Naratko de Kobylany, castellanus Woynicensis, centum marcas

in redemptionem villæ Truszkaniec Nicolao Dawidowski datas super eadem villa inscribit. Datum feria tertia post festum Conductus, anno 1534.

Niemasz go między kasztelanami wojnickimi u Niesieckiego.

Stanislaus Lanckoroński, capitaneus Sandomiriensis, Abrahamo aulico S. R. majestatis summam quingentorum florenorum super bonis Łoskowie inscribit. Anno 1534.

Stanisław Lanckoroński, w wojnach przeciw Tatarom w Mołdawii 1511, pod Bilką 1512; pod Wiśniowcem, pod Trębowlą 1516; pod Chmielnikiem i Międzyborzem, wojewoda sandomirski 1533, umarł 1535.

Stanislaus Racibor quietat Nicolaum Sieniawski de summa nonaginta marcarum super bonis Rogal, Podgórzyce patri suo inscripta. Anno 1535.

Stanislaus Odrowąż, palatinus Podoliæ, Lucam Wancki circa possessionem synagogæ Ruthenicæ in villa Honorowa conservat. Anno 1536.

Stanisław Odrowąż ze Sprowy, wojewoda podolski od 1536 do 1538, małżonek Anny, siostry Janusza i Stanisława, ostatnich xiążąt mazowieckich, umarł wojewodą ruskim 1546.

Sigismundus rex decreto suo partem villæ Osrenice hæredibus adjudicat, partem vero capitaneatui Samboriensi. Cracoviæ, 1538.

Idem dat consensum Joanni Biernaszkowski redimendi advocatiam in oppido Sambor. Cracoviæ, anno 1539.

Idem eidem tenutam villæ Dąbrowka ad capitaneatum Samboriensem spectantis dat jure advitalitio. Cracoviæ, anno 1540.

Sigismundus rex Sigismundo Augusto filio suo præfecturas Chełmensem, Bełzensem et Rohatynensem donat. Vilnæ, die 7 octobris, anno 1541.

Idem Joanni Oleśnicki dicto Jaworski hæredi de Pińczow summam viginti millium marcarum polonicalium inscribit super oppidis Chełm, Bełz, Tyszowce, Sokal, Hrubieszow et Ratno, villisque eo pertinentibus. Cracoviæ, anno 1543.

Idem cessionem donationemque villæ Czałczyce Sigismundo Augusto, villæ Ostrow Stanislao a Tenczyn, villæ Sielce Joanni Uroniecki per Hieronymum Smok factam approbat. Anno 1543.

Sigismundus Augustus hospitali S. Spiritus Hrubieszoviensi decimas ex villis Bohruzie et Jarosławiec ad arcem Hrubieszoviensem spectantibus donat, et statuit ut capitaneus Hrubieszoviensis cum consulibus illius oppidi præpositum ad præfatum hospitale eligant

virum dignum et modestum. Datum in conventu Białowieziensi, anno 1545.

Idem bona Dobra nuncupata Sanocensis capitaneatus per Stanislaum Orlik zuppis Russiæ adjungit. Datum in Knyszyn, anno 1553.

Regina Bona Waskoni Tatomiery villam circa fluvium Smolna exstruendam permittit, ac eidem ibidem sculteticiam pro centum florenis vendit. Anno 1553.

LITTERÆ PALATINATUS BEŁZENSIS.

Fundatio? civitatis Bełzensis et advocatiæ ibidem per Vladislaum ducem Masoviæ? Anno 1377.

Treść tego dokumentu z dwóch względów jest mylna : naprzód, miasto Bełz znane od niepamiętnych czasów, Nestor na początku XI wieku liczy w rzędzie znaczniejszych grodów ruskich; powtóre, w czasie przez datę wskazanym xięcia mazowieckiego tak nazwanego nie było. Miał wprawdzie Ziemowit młodszy syna Władysława, xięcia płockiego i bełzkiego, ale ponieważ ten umarł roku 1455, przypuszczając że miał tylko lat dwadzieścia czyniąc tę mniemaną fundacyę, umarłby w dziewięćdziesiątym ósmym roku życia, co się nie często zdarza. Osoba o której tu mowa, nie jest inna tylko Władysław, xiąże opolski i ruski, któremu wuj Ludwik i Bełz także nadał. Od niego Bełz otrzymał roku 1377 przywilej na skład soli z zastrzeżeniem, że Litwini nie dalej jak do Bełza po sól jeździć mają. Baliński, *Polska starożytna*, t. II, str. 1176.

Iwan Georgii Bełzensis filius, dux Russiæ, in obstagio apud Hedvigim reginam Poloniæ, ratione certorum contractuum inter Vladislaum regem ab una, ac proceres regni ab altera parte, existens, obstringit se ad idem obstagium tenendum, licet in Litvaniam certorum negotiorum ad eosdem contractus pertinentium causa discedat. Datum Sandomiriæ, post dominicam Cantate, anno 1386.

Iwan, syn Jerzego xięcia bełzkiego, a wnuk Narymunda, był w liczbie zakładników, których Władysław Jagiełło dał Jadwidze i panom polskim, dla pewności że dopełni umów zawartych przy jej zaślubieniu.

Semovitus, dux Masoviæ, recognoscit se terram Bełzensem cum castris Horodło, Lubaczów, Busko, Grabowiec, jure hæreditario obtinuisse; postquam vero ad pleniorem cum rege Vladislao concordiam ventum fuerit, litteræ præsentes nullitatis erunt. Datum Cracoviæ, in crastino Cinerum, anno 1395.

Ziemowit młodszy, syn Ziemowita starszego, xiąże mazowiecki na Płocku, Go-

styniu, Sochaczewie, Rawie, umarł 1426. Władysław Jagiełło chcąc wydobyć z rąk Władysława xięcia opolskiego Kujawy, które ten ostatni posiadał w posagu żony swej Agaty, córki Ziemowita starszego, nadajc bratu jej ziemię bełzką w zamian za odstąpienie praw jego do Kujaw. Gdyby zaś król Kujaw od xięcia opolskiego odzyskać nie mógł, to nadanie nieważnem być miało.

Idem testatur cum consensu suo Jacobum Słomka advocatiam suam Tyszoviensem octoginta quinque marcis Nicolao de Bałancino vendidisse. Datum in Sokal, ante dominicam Palmarum, anno 1411.

Idem senior dux Masoviæ Andreyko falconistæ aream liberam in villa Wiry donat cum onere servandi falcones. Datum in Tyszowce, anno 1419.

Petrus de Szamotuły, castellanus Posnaniensis et capitaneus Majoris Poloniæ, attestatur Mathiam Bniński alias Moszyński septem laneos agri in villa Pozegowo vendidisse pro septuaginta marcis Catharinæ Turkowska relictæ olim Petri Zajączkowski consorti. Datum in Margonino, feria quinta infra octavas Epiphaniæ, 1461.

Casimirus rex Poloniæ mille marcas Stanislao Zbąski in oppido Babimost et Grodzisk inscribit. Datum Bydgostiæ, sabbatho ante festum Translationis S. Stanislai, anno 1461.

Idem Mathiæ Moszyński centum marcas in oppido Mosina inscribit. Datum in Brzeście, sabbatho post festum S. Michaelis archangeli, anno 1461.

Idem Michaeli Lasocki, succamerario et capitaneo Lanciciensi, quinquaginta marcas in oppido Szrem inscribit. Datum in Radom, anno 1461.

Idem Stanislao Zbąski in oppido Grodzisk et Babimost cum villis ducentas marcas adjungit ad priores summas inscribitque. Datum Posnaniæ, feria sexta ante Pentecostes, anno 1462.

Idem Michaeli Lasocki, succamerario et capitaneo Lanciciensi, in Szrem centum marcas inscribit. Datum Posnaniæ, feria secunda dierum Pentecostes, anno 1462.

Idem approbat binas litteras Vladislai regis Poloniæ et Hungariæ continentes in se donationem mille et quingentorum florenorum hungaricalium Petro Swidwa de Szamatuły, castellano Posnaniensi, factam, et in oppido Costensi inscriptam, eandemque summam in Lucam de Gorka, palatinum Posnaniensem, ob satisfactionem prædicto Swidwa per eum factam transfert. Datum in conventu Parczoviensi, ipso die S. Catharinæ, anno 1464.

Łukasz Górka, herbu Łodzia, różny od wyżej wzmiankowanego, generał wielkopolski 1448, wojewoda poznański 1463, należał do układu pokoju toruńskiego 1466, umarł podług Niesieckiego 1474, podług Lelewela 1477.

Idem ex consilio consiliariorum Petro de Bnin centum marcas in et super oppido Mosina inscribit. Datum Thorunii, sabbatho ante festum S. Sebastiani, anno 1465.

Idem Petro de Szamotuły, castellano Posnaniensi, summas infra scriptas, videlicet primum mille quindecim marcas, secundo ducentas sexaginta marcas mediorum grossorum, et quingentos sexdecim florenos hungaricales in contributionibus regalibus duorum grossorum palatinatuum Posnaniensis, Calissiensis et districtuum assignat. Datum Posnaniæ, feria sexta post festum S. Martini, 1465.

Idem eidem Petro de Szamotuły in fortalitio et oppido Międzyrzec centum marcas inscribit. Datum Thorunii, feria quarta ante festum S. Lamperti, anno 1466.

Idem agnoscit se debere eidem Petro de Szamotuły ducentos florenos hungaricales, eosdemque super castro et oppido Międzyrzec et Skwirzyna inscribit. Datum in Kozienice, feria secunda ante festum Nativitatis Domini, anno 1466.

Idem Lucæ de Gorka, palatino Posnaniensi, super castro Costen et villis eo pertinentibus summam ducentarum marcarum inscribit. Datum Thorunii, anno 1466.

Idem ad priores summas in oppido Mosina et villis eo spectan-

tibus inscriptas Mathiæ Moszyński adscribit centum marcas. Datum Thorunii, feria quarta die S. Hedvigis, anno 1466.

Idem Lucæ de Gorka, palatino Posnaniensi, ducentas triginta marcas, ratione quarum olim Joannes de Czarnkow, castellanus Gnesnensis, præfato Lucæ pro rege se obligavit, in oppido Kościan et villis ad id pertinentibus inscribit. Datum Bydgostiæ, die dominica post festum S. Petri ad Vincula, anno 1466.

Jan Czarnkowski, kasztelan gnieźnieński, u Niesieckiego i Lelewela od 1454 do 1460.

Idem centum marcas Mathiæ de Bnin Moszyński in oppido Mosina inscribit. Datum Thorunii, ipso die XI millium Virginum, anno 1466.

Idem Petro de Szamotuły, castellano Posnaniensi, inscribit ducentas marcas in castro Międzyrzec. Datum Thorunii, feria tertia post festum S. Lucæ, anno 1466.

Idem Thomæ Trąmbczyński, canonico Præmisliensi, exactori datiæ *cissa* dictæ in Majori Polonia, mille hungaricales, quos Joanni Kościelecki capitaneo Mariæburgensi dederat, assecurat in eadem datia. Datum Thorunii, feria quinta ante festum S. Michaelis, anno 1466.

Cissa, ciża była pewna opłata, którą same tylko miasta składały. Najczęściej o niej słychać za Kazimierza Jagiellończyka, który ją roku 1468 od Malborga, a na sejmikach w Korczynie i Kole 1479 od miast małopolskich i wielkopolskich otrzymał. *Cissa illi ab omnibus civitatibus regiis, ecclesiasticis et militarium decreta est.* Długosz, fol. 576. Bielski, fol. 400.

Idem trecentos florenos hungaricales in auro Petro de Szamotuły, castellano Posnaniensi, in Międzyrzec et villis inscribit. Datum Cracoviæ, die Translationis S. Stanislai, anno 1466.

Petrus Swidwa de Szamotuły, castellanus Posnaniensis, attestatur Michaelem Oganka tres mansos scultetiæ in villa Rogoziniec vendidisse in vim reemptionis Joanni hæredi de Bielamino pro certa pecuniæ summa. Datum in Międzyrzec, feria sexta ante festum S. Hedvigis, anno 1467.

Casimirus rex sexaginta marcas Nicolao Tomicki, vexillifero Posnaniensi, in oppido Babimost et villis eo pertinentibus inscribit. Datum Lanciciæ, anno 1468.

Idem Lucæ Gorka, palatino Posnaniensi, quingentas marcas in castro et oppido Costensi inscribit. Datum Petricoviæ, feria quarta ante festum SS. Simonis et Judæ apostolorum, anno 1468.

Idem in oppido Swięciechowo in districtu Posnaniensi sito ad ab-

batiam Lubinensem pertinenti nundinas instituit singulis annis celebrandas, videlicet pro dominica ante Pentecosten, alteras pro exaltatione S. Crucis. Datum Cracoviæ, anno 1469.

Idem Stanislao Wątróbka de Strzelce, castellano Sandecensi, centum marcas in oppido Ujście et villis eo spectantibus inscribit. Datum Leopoli, feria secunda post dominicam Invocavit, anno 1469.

Stanisław Wątróbka, herbu Oksza, ze Strzelca, kasztelan sandecki roku 1470 i 1471. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. I, pars 2, p. 944; t. III, p. 448. U Lelewela 1472, 1473 z dodatkiem, że postąpił przed 1477 na województwo bełzkie, u Niesieckiego dopiero pod rokiem 1478 między wojewodami bełzkimi wspomniany.

Idem dat consensum Lucæ de Gorka, palatino Posnaniensi, tutori Joannis et Vladislai germanorum de Danaborz, castellani et capitanei Naklensis filiorum, cedendi de villis Podstolice, Przebienice, Budzyń, in personam Nicolai Działyński. Datum in conventione generali Colensi, feria sexta in crastino S. Lucæ, anno 1470.

Jan i Władysław, synowie ściętego w Kaliszu roku 1467 za różne łotrostwa Danaborskiego, starosty i kasztelana nakielskiego. Łukasz Górka, wojewoda poznański, ten sam o którym wyżej pod rokiem 1464.

Idem Joanni Swidwa de Szamotuły trecentas marcas inscribit super teloneis Posnaniensibus, Calissiensibus et aliis. Datum Cracoviæ, feria secunda ante festum SS. Simonis et Judæ apostolorum, anno 1473.

Idem Andreæ de Szamotuły sexingentos florenos inscribit in oppido Międzyrzec villisque eo pertinentibus. Datum in campo ad Swinawam, feria secunda ante festum S. Andreæ, anno 1474.

Idem Joanni? de Ostrorog, palatino Calissiensi, inscribit trecentas marcas et centum florenos hungaricales in exactionibus duorum grossorum, videlicet *poradlne* dictis, ex terris Majoris Poloniæ provenientibus, eaque de re Joannem Gryłowski exactorem certiorem facit. Anno 1476.

Wojewodą kaliskim był nie Jan, ale Stanisław Ostrorog roku 1454, 1466, 1469, 1471. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. I, p. 341; t. II, pars 2, p. 532, 898, 899, 944. Postąpił na województwo poznańskie, i umarł 1477.

Idem Nicolao de Gorka inscribit centum quinquaginta florenos in castro et tenuta Kościan. Datum in conventione generali, feria secunda in crastino S. Ægidii, anno 1476.

Idem rex recognoscit se debere trecentos quinquaginta septem florenos hungaricales, nec non sexcentas mediorum grossorum

marcas Joanni filio Michaelis Lasocki, succamerarii et capitanei Lanciciensis, easque supra nominatas summas in villis ad capitaneatum Szremensem pertinentibus ipsi inscribit, excepta tamen et reservata statione unius diei. Datum Brestæ, feria secunda ante festum SS. Petri et Pauli, anno 1476.

Idem Andreæ de Szamotuły, castellano Międrzyrzecensi, summam centum marcarum in castro et civitate Międzyrzec inscribit. Datum Petricoviæ, feria secunda post festum S. Ægidii, anno 1476.

Jędrzej z Szamotuł, kasztelan międzyrzecki, postąpił po 1485 na kasztelanią kaliską, a 1497 na województwo kaliskie, 1499 na poznańskie, umarł 1510.

Idem eidem Andreæ de Szamotuły quingentos florenos hungaricales inscribit in castro et oppido Międzyrzecensi. Datum Petricoviæ, anno 1476.

Idem Joanni de Ostrorog, castellano Posnaniensi, octingentas marcas in exactione *poradlne* dicta inscribit. Datum in Piotrkow, feria secunda in crastino S. Ægidii, anno 1476.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. II, pars 2, p. 949.

Jan Ostrorog, kasztelan poznański, od 1476 do 1499. Rzyszczewski, t. I, p. 222, 355; t. II, pars 2, p. 701, 950, 962. Umarł 1499.

Uriel episcopus Posnaniensis coram capitaneo Majoris Poloniæ resignat octo marcas census annui pro altari erecto in ecclesia parochiali Kurnik in et super villa Zalaszowo. Datum Posnaniæ, ante festum SS. Petri et Pauli, anno 1479.

Uriel Górka, biskup poznański, od 1479 do 1497.

Casimirus rex, Martino Koniecki stationes regales in bonis monasteriorum Obra et Przement cum Petro et Nicolao de Opalenica pro villa Łock sine consensu regis permutante, declarat eundem Koniecki jus suum super easdem stationes amisisse, ac proinde easdem stationes confert Joanni Sapieński tribuno Posnaniensi, serenissimæ reginæ curiæ magistro. Datum in Troki, feria secunda post festum S. Laurentii, anno 1482.

Stacya czyli stan byłato powinność utrzymywania dworu króla lub xiążęcia przejeżdżającego przez dobra szlacheckie lub duchowne. Kromer w dziele *Polonia* zaświadcza, że od niedawnego czasu w Polsce zaczęły klasztory przez ugodę pieniądze dawać za tę powinność, a ten przychód ze stacyi czyli stanu królowie w długu zaciągniętym lub darmo różnym osobom puszczali. Czacki, *o litewskich i polskich prawach.* Obra i Przement, opactwa Cistersów, pierwsze założone 1234, drugie 1278.

Idem duodecim millia florenorum hungaricalium Joanni Ostrorog,

castellano Posnaniensi, assecurat ad extenuationem in *poradlne* terræ Majoris Poloniæ. Datum Petricoviæ, in vigilia Nativitatis B. V. Mariæ, anno 1488.

Idem dat consensum Joanni Lasocki, scholastico Gnesnensi, tenutam Szremensem Petro et Nicolao Tomickim in tribus millibus et ducentorum florenorum hungaricalium obligandi. Datum Radomiæ, sabbatho ante festum S. Mathiæ, anno 1489.

Nicolaus de Kutno, palatinus Lancicensis, Majoris Poloniæ generalis capitaneus, testatur Annam nobilis olim Michaelis advocati relictam consortem de jure suo sibi respectu dotis in advocatia Ustiensi serviendo cessisse, et illud resignasse in personam Mathiæ de Bnin, palatini Posnaniensis. Datum feria quarta post Invocavit, anno 1489.

Mikołaj z Kutna, herbu Ogończyk, wojewoda łęczycki 1471, generał wielkopolski, miał podług Nieseckiego postąpić 1489 na województwo poznańskie, Lelewel o tem nie wspomina, umarł 1493. Maciej z Bnina Mosżyński, kilka razy wyżej bez tytułu wzmiankowany, wojewoda kaliski 1476, poznański 1477, 1484. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 701, 953. Umarł podług Nieseckiego 1489, podług Lelewela żył jeszcze 1491.

Testimoniales Stanislai Głębocki burgrabii Szremensis, tum advocati et scabinorum Gnesnensium super inscriptione Stanislai Strąboszyński in rem Agnetis consortis, cui ille omnia bona donavit et resignavit. Anno 1491.

Casimirus rex in oppido Rogoźno antiquitus institutum teloneum in usum revocat, et ne illud mercatores præterire audeant, serio mandat. Datum Vilnæ, die dominico in festo Circumcisionis Domini, anno 1492.

Andreas de Szamotuły, castellanus Calissiensis, recognoscit sibi a rege Joanne Alberto esse satisfactum ratione summarum in oppido Międzyrzec sibi inscriptarum, ceditque de eisdem bonis eidem regi. Datum Posnaniæ, anno 1493.

Jędrzej z Szamotuł, kasztelan kaliski, o którym wyżej pod rokiem 1476.

Investitura Andreæ Roża, archiepiscopi Leopoliensis, ad canonicatum et præbendam Posnaniensem. Anno 1494.

Jędrzej Roża, arcybiskup lwowski, od 1494 do 1501. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. I, p. 252, 355, 356.

Joannes Albertus rex Janussio, duci Zeganensi, quadringentos florenos census annui super censibus a Judæis Posnaniensibus et Gnesnensibus provenientibus confert. Datum Cracoviæ, feria secunda post festum S. Jacobi, anno 1494.

Idem rex Sigismundo fratri suo teloneum Posnaniense et Costense in tenutam confert, et summam quatuor millium trecentorum florenorum hungaricalium in iisdem teloneis assecurat. Datum Thorunii, feria quarta post Reminiscere, anno 1495.

Raczyński, *Codex dipl. Maj. Pol.*, p. 269.

Alexander rex summam duorum millium florenorum hungaricalium Stanislao Jarocki debitam persolvendam assignat per Judæos Posnanienses et Gnesnenses. Datum Cracoviæ, feria quinta die Omnium Sanctorum, anno 1504.

Joannes Lubrański, episcopus Posnaniensis, donat regi Alexandro de consensu capituli sui jus patronatus unius canonicatus ecclesiæ suæ, et constituit ipsi anniversarium in capitulo generali decantandum ad demonstrandam gratitudinem regiæ majestati pro collato eidem capitulo generali jure patronatus ecclesiæ parochialis in Pszonow in terra Sochaczoviensi. Datum Posnaniæ, in capitulo generali pro festo SS. Petri et Pauli apostolorum, anno 1505.

Jan Lubrański, biskup poznański, od 1497 do 1520.

Joannes advocatus cum septem scabinis Costensibus attestatur Albertum Erslar concivem suum uxori suæ Catharinæ marcas quadringentas pro dotalitio inscripsisse. Datum in Kościan, feria secunda ante festum S. Stanislai, anno 1507.

Spytkoni de Jarosław, castellano Cracoviensi et tenutario Costensi, Sigismundus rex summam viginti marcarum et dimidiæ marcæ solvendam duabus ratis se obligat. Datum Cracoviæ, in conventione generali, feria secunda ante festum S. Stanislai, anno 1508.

Spytek z Jarosławia, wojewoda ruski 1468, sandomirski 1480, krakowski 1490, kasztelan krakowski 1500, umarł 1520.

Sigismundus rex Nicolao de Kretkow, palatino Brestensi, super oppido Rogoźno et villis omnibus et advocatiis quinque millia noningentas marcas et mille quingentos ducatos in auro inscribit. Datum in conventione generali Petricoviensi, anno 1512.

Mikołaj Kretkowski, wojewoda brzesko-kujawski, u Niesieckiego pod tym tylko rokiem. Jest o nim jeszcze poniżej wzmianka, jako o wojewodzie brzesko-kujawskim roku 1519, 1521.

Idem dat consensum eximendi bona Rogoziniec Gregorio abbati Paradisiensi de manibus Stanislai Hinka. Datum Posnaniæ, ante Pentecosten, anno 1513.

Joannes de Tomice judex, et Joannes de Rambino subjudex

Posnanienses, attestantur Paulum Siemioński ministerialem Koscianensem recognovisse coram judicio terrestri, quod dominum Abrahamum de Zbąszyn, castellanum Bydgostiensem, intromisit in bona Ursulæ Myszanka jure victæ, videlicet in sculletiam in villa Rogoziniec in districtu Costensi sita in summa sexdecim marcarum. Datum in Kościan, feria secunda post festum S. Francisci, anno 1514.

Abraham Zbąski, kasztelan bydgoski, u Lelewela dopiero pod rokiem 1528, umarł 1541.

Litteræ sub titulo Lucæ de Gorka, castellani Rogoznensis et capitanei generalis Majoris Poloniæ, in negotio ulterioris processus intromissionis in bona jure victæ Ursulæ Myszanka, videlicet in scultetiam et villam Rogoziniec. Datum Posnaniæ, feria secunda post Reminiscere, anno 1516.

Łukasz Górka u Niesieckiego i Lelewela nieznany, jako kasztelan rogoziński, tylko łęczycki, potem poznański i razem generał wielkopolski, nakoniec wojewoda poznański, w Niemczech tytuł hrabiego uzyskał. W datach jego promocyi, ci dwaj autorowie nie zgadzają się z sobą.

Litteræ Lucæ de Gorka, castellani Rogoznensis et capitanei generalis Majoris Poloniæ, in quibus continetur adjudicatio scultetiæ in villa Rogoziniec Abrahamo Zbąski post Ursulam Myszanka. Datum Posnaniæ, feria secunda post dominicam Invocavit, anno 1516.

Sigismundus rex sexaginta marcas Nicolao Tomicki, vexillifero Posnaniensi, in oppido Babimost et villis eo pertinentibus inscribit. Lanciciæ, anno 1518.

Idem rex promittit Hieronymum Moszyński de Bnin in tenutis oppidorum Ujście, Piła et Mosina ad extrema vitæ ipsius tempora se conservaturum, neque illum per se nec per quemquam exempturum. Datum Cracoviæ, feria tertia post dominicam Judica, anno 1518.

Idem rex approbat processum juris per Abrahamum Zbąski, castellanum Bydgostiensem, contra filium Lucæ Myszanki in advocatia villæ Rogoziniec obtentum, ita tamen ut summa non excedat illam summam capitalem in privilegio originali dictæ advocatiæ inscriptam. Datum Cracoviæ, feria quarta ante festum S. Hedvigis, anno 1518.

Idem rex Hieronymo Moszyński de Bnin oppida Ujście, Piła et Mosina, villasque eo spectantes in Posnaniensi et Costensi districtibus consistentes confert ad vitæ tempora. Anno 1518.

Idem rex significat Andream Zakrzewski hæredem in Łopienno molendinis suis Rogozinensibus Nicolao de Kretkow, palatino Brestensi, cessisse, eandemque cessionem approbat. Datum in conventu Thorunensi, feria tertia die S. Joannis Baptistæ, anno 1519.

Idem dat facultatem eximendi molendinum Rogozinense eidem Andreæ Zakrzewski de manibus Joannis Paulik. Datum Cracoviæ, ipso die S. Viti, anno 1519.

Idem dat consensum super exemptionem advocatiæ in oppido Ujście Hieronymo Moszyński de Bnin de manibus Joannis et Annæ liberorum providi olim Mathiæ Krzywda. Datum Cracoviæ, feria sexta ante festum S. Urbani, anno 1519.

Litteræ Joannis Łasko, archiepiscopi Gnesnensis, et commissarii Sigismundi regis, super exemptionem molendini Rogozinensis per Andream Zakrzewski de manibus Paulik molendinatoris. Datum in Łowicz, die Assumptionis B. V. Mariæ, anno 1519.

Jan Łaski, kanclerz 1503, arcybiskup gnieźnieński 1510, na soborze lateraneńskim 1512 *legatus natus*, umarł 1531.

Sigismundus rex Michaeli Bielawski, burgrabio Zbąsinensi, dat facultatem eximendi advocatiam in Rogoziniec de manibus Zbąski, castellani Bydgostiensis. Datum in conventu Thorunensi, die S. Silvestri, anno 1520.

Lucas de Gorka, castellanus Posnaniennis et capitaneus Majoris Poloniæ, attestatur Abrahamum Zbąski, castellanum Bydgostiensem, advocatiam in villa Rogoziniec Michaeli Bielawski resignasse. Datum Posnaniæ, feria quinta post dominicam Oculi, anno 1520.

Łukasz Górka, o którym wyżej pod rokiem 1516.

Petrus de Konarzewo judex, et Mathias de Krzyżanow subjudex Calissienses, recognoscunt summas in villa Rogoziniec inscriptas, videlicet marcas quadringentas quinquaginta, et septuaginta florenos hungaricales nobilibus Wiejskim serviendas, per Michaelem abbatem Paradisiensem una cum conventu suo integerrime et realiter exsolutas esse. Datum postridie omnium Sanctorum anno 1521.

Idem Petrus de Konarzewo judex, et Mathias de Krzyżanow subjudex Calissienses, attestantur Michaelem abbatem Paradisiensem una cum conventu suo reposuisse summas in villa regia Rogoziniec inscriptas, et filiis olim Hincæ Wiejski serviendas, videlicet quadringentas quinquaginta marcas, ac septuaginta florenos hungaricales, easdemque summas per prædictos Wiejskich receptas esse. Petricoviæ, postridie Omnium Sanctorum, anno 1521.

Litteræ commissariorum regis in quibus reperitur taxatio molendini in Rogoźno ad quingentas marcas. Datum Thorunii, feria secunda post festum S. Corporis Christi, anno 1521.

Sigismundus rex Poloniæ summam duorum millium et ducento-

rum florenorum hungaricalium filio olim Nicolai Kretkowski, palatini Brestensis, in oppido Rogoźno et villis eo pertinentibus inscribit. Datum Thorunii, sabbatho ante dominicam Lætare, anno 1521.

Idem Margaretham de Osieczna relictam Lassotæ Zaborowski uxorem conservat circa advocatiam in villa regia Grabowo. Datum Cracoviæ, anno 1521.

Idem Hieronymo Moszyński tenutario oppidi Mosina advocatiam ibidem sitam eximendi dat facultatem. Cracoviæ, sabbatho post festum Nativitatis B. V. M., anno 1525.

Consensus eximendi advocatiam in oppido Piła de manibus Martini possessoris per Sigismundum regem datus Hieronymo Moszyński tenutario ejusdem oppidi. Datum Cracoviæ, die dominico post festum S. Joannis Baptistæ, anno 1525.

Sigismundus rex consentit Michaeli Bielawski sculteto in Rogoziniec summam certam nobili Barbaræ Czacka uxori suæ in eadem advocatia Rogozinensi inscribere et reformare. Datum Cracoviæ, feria quinta ante festum Assumptionis B. V. Mariæ, anno 1525.

Transumptum actus commissorialis inter Andream de Kretkow, palatinum Inowładislaviensem ab una, et tenutarium Rogozinensem ab altera partibus per commissarios certos Casimiri regis in anno 1476 peracti, sub nomine et sigillo Sigismundi regis. Datum Cracoviæ, post S. Ægidii, anno 1531.

Jędrzej z Kretkowa był wojewodą inowrocławskim do roku 1478 lub 1479.

Lucas comes de Gorka, palatinus Posnaniensis et capitaneus Majoris Poloniæ, attestatur Michaelem Bielawski consorti suæ Barbaræ Czacka advocatiam in villa Rogoziniec pro summa trecentorum florenorum vendidisse et resignasse. Datum in castro Posnaniensi, feria secunda ante festum Nativitatis B. V. Mariæ, anno 1531.

Łukasz Górka, wojewoda poznański, o którym wzmianka pod rokiem 1516. Owdowiawszy został biskupem kujawskim 1538, umarł 1542.

Actus exemptionis villæ regiæ Rogoziniec in capitaneatu Międzyrzecensi sitæ per commissarios expeditus. Datum in castro Międzyrzecensi, anno 1544.

Advocatus et scabini civitatis Międzyrzecensis recognoscunt Margaretham viduam olim Pauli Burneydster concivis sui vendidisse Laurentio Myszkowski a Mirow, castellano Sandecensi, hortum ante portam civitatis, qui vocatur molendinatorum, pro duodecim marcis, easque ipsi solutas esse. Anno 1545.

Wawrzyniec Myszkowski z Mirowa, co Janusza zięcia Oświecimskiego 1513 zabił, kasztelan sandecki 1540.

Sigismundus rex dat consensum filio suo Sigismundo Augusto omnia et singula bona regalia de manibus generosi Koscielecki redimendi, et redemptis libere pro arbitrio utendi et disponendi. Cracoviæ, anno 1545.

Idem summas Andreæ comiti a Gorka, castellano Posnaniensi, et Nicolao palatino Lanciciensi, in bonis Międrzyrzec obligatas, in thesauro suo assignat, sub conditione in proximis comitiis docendi de jure suo super easdem summas. Anno 1546.

Jędrzej Górka, syn Łukasza biskupa kujawskiego, kasztelan poznański od 1537, zmarły 1551. Mikołaj z Brudzewa, wojewoda łęczycki, u Niesieckiego 1548.

Idem filio suo meliorat consensum suum declaratione nova, non tantum capitaneatum Bydgostiensem sed omnia bona quæcunque a familia Koscieleciorum possidentur per ipsum esse eximenda. Datum Cracoviæ, ante dominicam Invocavit, anno 1547.

Idem dat potestatem filio suo Augusto commendatorem Posnaniensem, aliquo humano casu interveniente, moderno substituendi et nominandi, quem visum fuerit. Datum Cracoviæ, die ante penultimum februarii, anno 1547.

Idem dat facultatem filio suo Sigismundo Augusto libere disponendi capitaneatum suum Costensem, quam primum morte Petri Opaliński, castellani Gnesnensis, vacuerit. Datum Petricoviæ, pridie festi Purificationis B. V. Mariæ, anno 1548.

Piotr Opaliński, nauczyciel Zygmunta Augusta, kasztelan lędzki 1530, poseł do Solimana 1532, do Karola V cesarza 1535, kasztelan gnieźnieński 1538, zmarły u Lelewela 1545.

LITTERÆ PALATINATUS CALISSIENSIS.

Præmislaus, dux Poloniæ, Derslao et suis successoribus dat facultatem villæ Kamień in districtu Calissiensi locandæ jure teutonico, eidemque ratione ejusque locationis donat jure hæreditario sextum et septimum mansum, dat ei præterea liberum molendinum et liberam tabernam cum certis immunitatibus. Die S. Priscæ, anno 1290.

Przemysław, xiążę wielkopolski, urodzony roku 1257, koronował się królem polskim 1295, zabity w Rogoźnie przez margrabiów Brandeburskich roku 1296.

Consules et cives Calissienses jurant fidelitatem et obedientiam Ludovico regi et Elisabeth matri ejus Hungariæ et Poloniæ reginæ seniori, ac ipsius regis filio, si quem habuerit, ipso autem non existente, uni ex filiabus, quam ipse rex ad successionem deputaverit. Calissii, feria secunda ante festum S. Bartholomæi, anno 1374.

Vladislaus rex Nicolao de Krolikowo, castellano Gnesnensi, centum marcas grossorum Pragensium in villa Cekow in terra Calissiensi sita inscribit. Anno 1394.

Niemasz go między kasztelanami gnieźnieńskiemi ani u Niesieckiego ani u Lelewela.

Idem rex Sandivogio, palatino Calissiensi, Majoris Poloniæ capitaneo generali, villas suas Dziadowicze, Kotwaszice et Morza in terra Majoris Poloniæ consistentes, in ducentis marcis obligat. Datum in Ujście, die dominico post diem Conversionis S. Pauli, anno 1396.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Pol.*, t. I, p. 265.
SĘDZIWOJ z SZUBINA, wojewoda kaliski, zmarły 1401.

Capitulum Gnesnense attestatur Nicolaum Szterbork præpositum Gnesnensem villis præstimonialibus cessisse, easque regimini et usufructui canonicorum ex mandato regiæ majestatis permisisse. Datum Gnesnæ, in vigilia Pentecostes, anno 1401.

Vladislaus rex dat consensum Francisco Szrebrowicz villam Podarzewo in centum marcis sibi obligatam Janussio de Łagiewniki in eadem summa obligandi, ita tamen ut idem Franciscus in regno Poloniæ possessionem aliquam pro trecentis marcis acquirere teneatur. Posnaniæ, feria tertia Pentecostes, anno 1401.

Idem rex concedit civibus Srodensibus villam Zielniki ab Henrico de Zimna woda castellano de Xiąż in octingentis marcis obligatam redimere et liberare. Calissii, post festum Paschatis, anno 1402.

Idem rex Nicolao Slanka hæredi de Lubomirz villam Morza in districtu Calissiensi sitam viginti marcis onerat. Datum in monasterio Lendensi, ipso die beati Joannis Baptistæ, anno 1405.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Pol.*, t. I, p. 277.

Pribislaus subdapifer Calissiensis obligat se restituturum Vladislao regi centum marcas ex pecunia regia a Joanne de Czermino mutuo acceptas, in primo ejus in civitatem Posnaniensem ante festum S. Joannis Baptistæ ingressu. Datum in Nova Góra, feria tertia ante festum Nativitatis Christi Domini, anno 1405.

Vladislaus rex Poloniæ Joanni de Kalinowa ducentas marcas in

villa sua Maczow in districtu Calissiensi inscribit. Datum in Gliniany, feria secunda in crastino S. Trinitatis, anno 1410.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Pol.*, t. I, p. 284.

Idem rex Barthosio de Płomykowo assignat trecentas marcas super villis Jerzykowo, Niedamierze et Wronczyno in districtu Pyzdrensi, salvis stationibus regalibus. Calissii, die S. Scholasticæ, anno 1411.

Idem rex Martino de Sławsko, subdapifero Posnaniensi, viginti marcas in villa sua Cekow in districtu Calissiensi sita inscribit. Datum in Oborniki, feria tertia ante festum Corporis Christi, 1414.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Pol.*, t. I, p. 290.

Vladislaus rex Poloniæ Martino de Sławsko, subdapifero Posnaniensi, donat triginta marcas, easque inscribit in villa sua Cekow. Datum Calissii, post festum S. Jacobi apostoli, anno 1425.

Idem rex Swantoslao hæredi de Siemiånczyno centum marcas et septemdecim in villa Russowo in districtu Calissiensi inscribit. Datum in Konin, die dominico Quasimodo geniti, anno 1425.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Pol.*, t. I, p. 302.

Juramentum civitatis Naklensis præstitum Vladislao regi promittendo omnem fidelitatem ac obsequium. Datum in Nakło, feria quarta ante Pentecostes, anno 1425.

Juramentum civitatis Koninensis eidem regi præstitum. Datum in Konin, feria secunda post festum Conductus Paschæ, anno 1425.

Juramentum civitatis Gnesnensis eidem regi præstitum. Datum Gnesnæ, sabbatho post festum S. Viti, anno 1425.

Juramentum civitatis Srodensis eidem regi præstitum. Datum in Sroda, in vigilia S. Margarethæ, anno 1425.

Juramentum civitatis Stawiszynensis eidem regi præstitum. Datum in Stawiszyn, sabbatho Paschatis, anno 1425.

Juramentum simile civitatis Pobiedziscensis, anno 1425.

Vladislaus rex Andreæ de Danaborz, palatino Calissiensi, villam Podstolice in districtu Kcinensi sitam de manibus Petri et Pauli Szaffroth de Szobiszowicze in ducentis quadraginta marcis obligatam dat potestatem redimendi et liberandi. Gnesnæ, in vigilia Petri et Pauli apostolorum, anno 1430.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Pol.*, t. I, p. 305.

JĘDRZEJ Z DANABORZA, wojewoda kaliski, u Niesieckiego tylko roku 1431. Jest jeszcze u Rzyszczewskiego, t. I, p. 316, roku 1434.

Idem rex dat facultatem Samborio de Małachow, venatori Calis-

siensi, villæ novæ in silva Mokow locandæ, eidemque in prædicta villa advocatiam confert continentem in se mansos liberos quatuor. Datum in Wolborz, die S. Laurentii, anno 1430.

Idem Joanni de Kalinowa quingentas marcas in villa Russowo inscribit. Datum in Szydłow, post Reminiscere, anno 1431.

Idem Claræ nobilis olim de Strzelce uxori et filiis ipsius trecentas marcas in oppido Byczyna inscribit. Lublini, anno 1431.

Idem Joanni Hamerla pro constructione molendini ante civitatem Pyzdry in superiori parte fluvii Warta propriis sumptibus, atque pro industria circa id exhibita, quadraginta marcas in fructibus provenientibus de eodem molendino inscribit. Cracoviæ, anno 1431.

Idem Andreæ de Danaborz palatino Calissiensi, centum marcas polonicales in villa Podstolice in districtu Kcinensi sita inscribit. Cracoviæ, post dominicam Lætare, anno 1431.

Consensus Vladislai regis super exemptionem oppidi Pobiedziska Alberto de Tuliszow de manibus Dobrogostii Koliński, castellani Camenensis, summæque quadringentarum marcarum ibidem inscriptionem et assecurationem. Datum in Konin, in octava S. Joannis Baptistæ, anno 1433.

Dobrogost z Kolna, kasztelan kamieński roku 1430. U Rzyszczewskiego t. 1, p. 321, roku 1438. W oryginale watykańskim równie jak między poznańskiemi pod rokiem 1438 mylnie kasztelanem kamienieckim nazwany.

Vladislaus rex Alberto de Tuliszow quinquaginta marcas in oppido Pobiedziska, in districtu Gnesnensi sito, ad priores summas adscribit. Datum in Jedlna, die Epiphaniarum, anno 1434.

Vladislaus III rex Stanislao Czarny centum marcas super villa Petrykow et Tulca in districtu Pyzdrensi sita inscribit. Datum in Wąchocko, die S. Matthæi, anno 1439.

Idem generoso Włodek de Danaborz, capitaneo Naklensi, in villa Podstolice in districtu Kcinensi sita, octoginta marcas assecurat. Datum Cracoviæ, in crastino Purificationis B. V. Mariæ, anno 1440.

Idem Joanni de Szymanowice secretario suo centum marcas apud Annam et filios ipsius in villis Niemierzany et Piwonice assignat. Datum Budæ, anno 1440.

Idem recognoscit se debere Joanni de Kołuda, subdapifero Vladislaviensi, trecentas quinquaginta duas cum media marcas, quas eidem inscribit in villa Roszczki in districtu Koninensi sita. Datum Budæ, die SS. Fabiani et Sebastiani, anno 1440.

Idem Alberto Słupski incisori curiæ quingentas marcas in oppido Kcynia inscribit. Budæ, post festum Decollationis S. Joannis, 1440.

Idem Włodkoni de Danaborz quingentas marcas in villis Podstolice et Brzekinie in districtu Kcinensi sitis inscribit. Budæ, die Divisionis apostolorum, anno 1441.

Idem Alberto Słupski quadringentas marcas super oppido Kcynia inscribit, salvo jure stationum regalium. Budæ, in crastino S. Bartholomæi, anno 1441.

Idem Nicolao de Gruszczyce familiari suo ob merita ipsius in regno Hungariæ sibi præstita super villa Russowo in palatinatu Calissiensi sita inscribit ducentas marcas. Datum in oppido Kotfan, anno 1442.

Idem Joanni Piwowski familiari suo pro servitiis in Hungaria præstitis assignat in eadem villa centum marcas. Budæ, in festo XI millium Virginum, anno 1442.

Idem Lucæ de Gorka, palatino Posnaniensi, confert jus advitalitium in oppido Pobiedziska et villis eo pertinentibus. Posnaniæ, feria sexta ante dominicam Lætare, anno 1442.

Łukasz Górka, wojewoda poznański 1440, umarł 1463.

Idem Joanni Piwowski familiari suo pro servitiis in Hungaria præstitis assignat in villa Russowo centum marcas. Anno 1443.

Idem eidem in villa eadem sexaginta marcas inscribit. Budæ, anno 1443.

Ejusdem litteræ super centum marcis in villa Russowo. Budæ, anno 1444.

Idem Lucæ de Gorka, palatino Posnaniensi, summam quingentarum marcarum supra alias summas in oppido Pobiedziska inscribit. Varadini, anno 1444.

Casimirus rex attestatur Samborium de Małachow sculletiam in Nowawieś in districtu Pyzdrensi sitam Joanni de Lubnica, pincernæ Calissiensi, capitaneo Coninensi, pro ducentis marcis vendidisse. Datum Gnesnæ, feria secunda ante festum S. Bartholomæi, 1447.

Joannes archiepiscopus Gnesnensis, Joannes Vladislaviensis, Andreas Posnaniensis episcopi, Lucas de Gorka Posnaniensis, Stanislaus de Ostrorog Calissiensis, Petrus de Oporow Lanciciensis, etc., palatini, proceres et consiliarii Majoris Poloniæ attestantur Casimirum regem necessitate urgente oppidum Pyzdry cum omnibus attinentiis pro oppido Nieszawa ac villis eo pertinentibus cum Sophia regina matre sua commutasse, assecurantque quod hæc commutatio juri eidem reginæ nullum præjudicium sit allatura. Cracoviæ, anno 1454.

Jan z Sprowy Odrowąż, arcybiskup gnieźnieński, od 1453 do 1464. Jan Gruszczyński, biskup władysławski czyli kujawski od 1450, postąpił 1463 na biskupstwo krakowskie, umarł arcybiskupem gnieźnieńskim 1473. Jędrzej z Bnina,

biskup poznański, od 1438 do 1479. Łukasz Górka, wojewoda poznański, od 1440 do 1463. Stanisław Ostroróg, wojewoda kaliski, postąpił 1475 na województwo poznańskie, umarł 1477. Piotr z Oporowa, wojewoda łęczycki, od 1454 do 1462.

Casimirus rex Bartholomæo Gruszczyński summam centum florenos hungaricales in villa Cekow in districtu Calissiensi sita inscribit. Thorunii, die Nativitatis B. V. Mariæ, anno 1454.

Idem Mathiæ de Słupy ducentas marcas in oppido Kcynia de consensu consiliariorum inscribit. Brestæ, anno 1455.

Idem Włodkoni de Danaborz, castellano et capitaneo Naklensi, mille florenos in oppido Budzyń et Podstolice inscribit. Datum....., die S. Bartholomæi, anno 1458.

Salvus conductus a Casimiro rege Włodkoni, castellano Neklensi, et militibus ejus datus. Petricoviæ, sabbatho post Conversionem S. Pauli, anno 1459.

Władysław Danaborski, kasztelan nakielski, roku 1456. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 908, 910.

Casimirus rex Poloniæ Włodkoni de Danaborz, capitaneo Naklensi, omnem culpam et noxam, quam certis suis excessibus et latrociniis promeruerat, remittit condonatque, cavendo eidem de securitate, quod nec ab archiepiscopo Gnesnensi, nec a capitaneo Majoris Poloniæ, nec ab aliis personis tam spiritualibus quam sæcularibus ullum negotium eo nomine sit habiturus. Posnaniæ, ante festum Mariæ Magdalenæ, anno 1460.

Włodko de Danaborz, castellanus et capitaneus Naklensis, reconciliato Casimiro rege Jagiellonide, sibi ob stipendiarios milites in castrum Naklense susceptos et admissos offenso, promittit et pollicetur sub fide et honore nullos in posterum stipendiarios in damnum et præjudicium regis ad castrum Naklense et fortalitium Danaborz admissurum, neque suæ Serenitati in regno bellum se illaturum, seque deinceps fidelem subditum futurum. Inovladislaviæ, feria quarta post festum S. Bartholomæi, anno 1465.

Władysław Danaborski, kasztelan nakielski, zebrawszy się z niektórymi towarzyszami swymi, których wszystkich było 500 koni oprócz pieszych, umyślił szkody czynić w Polsce, o niezapłacenie służby. Posłał król do nich, postępując im po trzy złote na koń, aby tego nie czynili. Gdy nie chcieli na tem przestać, grozili sobie płacić, osadzono Żnin i inne miasta duchowne; a król z tymi których mógł mieć na prędce, gotował się obledz Nakło i Danaborzyn, gdzie się chowali. Bacząc to oni cudnie nałożyli z królem, i przypadłszy do nóg królewskich prosili o łaskę. Bielski pod rokiem 1469. Z czego się okazuje, że gdy król wojował z krzyżakami, pan kasztelan nakielski wojował z królem, a gdy i później wichrzyć nie przestawał, dobra arcybiskupa gnieźnieńskiego najechał, fałszywe pieniądze kuł, oddany był pod sąd i ścięty w Kaliszu 1467.

Casimirus rex Stephano Swantopełk de Zawada vexillifero Posnaniensi villam Topole eximendi dat facultatem. Anno 1468.

Casimirus rex dat consensum Andreæ de Gołuchowo eximendi villam Morza in trecentis marcis inscriptam. Datum in conventu generali Petricoviensi, feria quarta post festum S. Leonardi, 1470.

Lucas de Gorka, palatinus Posnaniensis, empto oppido Pobiedziska titulo perpetuo apud Casimirum regem quatuor millibus sexcentis triginta et sex florenis hungaricalibus pollicetur, quod si sua Serenitas prædictam summam pro festo S. Jacobi futuro sibi restituerit, a titulo perpetuæ emptionis dicti oppidi se recessurum, reservata tamen sibi possessione eorundem bonorum in aliis summis antiquis sibi inscriptis. Cracoviæ, die S. Petri ad Vincula, anno 1471.

Łukasz Górka, wojewoda poznański, ten sam o którym wzmianka między dokumentami poznańskiemi pod rokiem 1464.

Casimirus rex dat consensum Nicolao Działyński, palatino Inovladislaviensi, villas regias Podstolice, Budzin et Brzekinie in mille sexcentis florenis hungaricalibus Præclao de Potulice obligandi. Datum in conventu Colensi, anno 1485.

Mikołaj Działyński, herbu Ogończyk, wojewoda inowrocławski u Niesieckiego i Lelewela tylko pod tym rokiem.

Joannes Albertus rex Christophoro Taslik militi Hierosolymitano in monasterio Lendensi per quadriennium retentam pensionem mandat exsolvi. Sandomiriæ, post festum Omnium Sanctorum, 1500.

Fridericus cardinalis, archiepiscopus Gnesnensis, post mortem Stanislai Gruszczyński confert decanatum Gnesnensem venerabili Andreæ Krzycki. Lanciciæ, die penultima aprilis, anno 1501.

Frydebyk królewicz, arcybiskup gnieźnieński od 1493, zmarły 1503.

Alexander rex attestatur Sigismundum Glogoviæ et Opaviæ in Silesia ducem præfecturam Gnesnensem et medietatem telonei Koscianensis sibi in certis pecuniariis summis inscriptas, pro teloneo Calissiensi et Koninensi cum Andrea de Szamotuły, palatino Posnaniensi, commutasse consensu suo regio ad id accidente, ac præterea eidem Sigismundo duci super dicto teloneo inscribit quatuor millium florenorum hungaricalium. Cracoviæ, post dominicam Reminiscere, anno 1502.

Jędrzej Szamotulski, wojewoda poznański, od 1499 do 1510, obszerniejsza o nim wzmianka pod dokumentem poznańskim z roku 1476.

Idem stationes omnes regales laudo communi in conventione

regni quibuscunque personis ad vitæ vel ad tempus donatas, ad triennium suspensas et pro filio regio applicatas..... nihilominus Christophorum Taslik Nachurski circa donationem stationis Lendensis per Joannem Albertum factam conservat. Cracoviæ, feria tertia ante festum S. Stanislai, anno 1502.

Idem eidem prorogat eandem stationem ad decursum duorum annorum tollendam et percipiendam. Datum in conventu Radomiensi, feria secunda infra octavas Ascensionis, anno 1505.

Idem eidem stationem in monasterio Lendensi assignat. Lublini, anno 1506.

Sigismundus rex Poloniæ Raphaeli de Leszno secretario suo, multis in se argumentis emerito, omnia bona ejus hæreditaria, tum et summas in bonis regalibus villæ Morza inscriptas, eidemque per Herubinum de Gołuchowo dapiferum Posnaniensem cessas et resignatas approbat. Cracoviæ, feria quarta post festum S. Floriani, anno 1507.

Idem rex approbat stationis Lendensis donationem per Joannem Albertum et Alexandrum reges, fratres et antecessores suos, Christophoro Taslik militi Hierosolymitano, tenutario Cieszkoviensi factam. Datum Cracoviæ, in festo S. Petri ad Cathedram, anno 1508.

Idem eidem, litteris prioribus abrogatis, confert ex prædicta statione septuaginta quinque marcas singulis annis ad extrema vitæ tempora inde percipiendas. Datum in conventu Petricoviensi, die SS. Fabiani et Sebastiani, anno 1511.

Idem, cassatis prioribus inscriptionibus, obligat oppidum Pobiedziska in duobus millibus viginti florenis, et in ducentis florenis hungaricalibus Lucæ de Gorka, castellano Posnaniensi. Datum Posnaniæ, feria quinta ante festum SS. Trinitatis, anno 1511.

Łukasz Górka, kasztelan poznański od 1511 do 1520. Obszerniejsza o nim wzmianka między dokumentami poznańskiemi pod rokiem 1516 i 1531.

Idem dat consensum Hieronymo Moszyński eximendi villam Rataie de manibus Alberti Potulicki, castellani Camenensis. Lanciciæ, in octava Corporis Christi, anno 1513.

Niemasz go między kasztelanami kamieńskimi u Lelewela.

Idem dat consensum Hieronymo Moszyński de Bnin, bonorum Ujście tenutario, eximendi villam Rataie ad Ujście pertinentem de manibus Petri et Nicolai de Chodecz germanorum fratrum. Vilnæ, post festum S. Joannis Baptistæ, anno 1514.

Idem, orta controversia inter Hieronymum Moszyński, tenutarium

Ustiensem, et Nicolaum Chodzinski occasione villæ Rataie, eandem villam dicto Moszyński adjudicat. Feria tertia post festum S. Sophiæ, anno 1519.

Idem dat facultatem oppidanis Graboviensibus locis desertis vicinioribus civitati pro libitu disponendi. Datum Petricoviæ, die S. Priscæ, anno 1528.

Idem Raphaeli de Leszno, episcopo Præmisliensi, dat facultatem eximendi villam Maczowa de manibus Siedlemiński. Datum in conventu generali Petricoviensi, die SS. Innocentium, anno 1531?

Rafał Leszczyński, kasztelan lendski, poseł do Wenecyi 1515, do Rzymu 1518, do rzeszy 1519, biskup przemyski od 1521, postąpił 1524 na biskupstwo płockie, umarł 1527; więc data mylna, ile że sejmu żadnego 1531 nie było.

Idem, orta controversia inter Albertum Strugała de Zakowo ab una, et Joannem Sokolnicki advocatum in villa regia Sokolniki ab altera parte, occasione summæ in eadem advocatia inscriptæ, decernit ut præfatus Albertus Strugała pro summa sexaginta marcarum argenti usualis solvat eidem Sokolnicki summam trecentorum florenorum polonicalium, quam summam eidem Alberto Strugała in eadem advocatia inscribit, ac ipsum filiosque ejus Stanislaum et Jacobum ad ipsorum singulorum vitæ tempora in possessione ejusdem advocatiæ conservat. Datum Cracoviæ, feria tertia ante festum S. Lucæ, anno 1531.

LITTERÆ PALATINATUS SIRADIENSIS.

Vladislaus rex Poloniæ, restituta villa..... Alberto dicto Gąbka, eandem de jure polonico in jus teutonicum transfert. Datum Cracoviæ, in octava Ascensionis Domini, anno 1327.

Casimirus Magnus dat facultatem villæ Tyczyno locandæ discreto viro Pomiano jure Srodensi, eidemque vendit scultetiam in eadem villa quinque et media marcis, et prærogativam aliis scultetiis competentem concedit. Datum Siradiæ, dominica Palmarum, anno 1349.

Libertas post exustionem oppidi Brzeznica Biederæ advocato in eodem oppido ab Elisabetha seniore regina Hungariæ et Poloniæ conceditur ad decem annos. Datum Cracoviæ, die SS. Petri et Pauli, anno 1375.

Elżbieta, córka Łokietka, matka Ludwika, zwana *senior* dla odróżnienia od synowy, także Elżbiety, drugiej żony Ludwika, zmarła 1382.

Vladislaus dux Opoliensis, Vieluneusis, Cujaviensis, Dobrinensis civibus oppidi Ostrzeszow alias Schildberg advocatiam confert, et jus salis vendendi per totum districtum, etc. Datum in Opole, feria sexta ante festum S. Mariæ Magdalenæ, anno 1386.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. I, p. 254.

Władysław, syn Bolesława II, xięcia na Opolu, siostrzeniec króla Ludwika, który mu wiele ziem w Polsce ponadawał.

Vladislaus rex Poloniæ scultetiam in hæreditate Klon prope Mieczka-Wola per Dobrogostium, capitaneum Siradiensem, fundatam, una cum molendino Rucki sub censu tali, qualem subditi de Mieczka-Wola solvere solent, confirmat. Datum Siradiæ, sabbatho ante dominicam Lætare, anno 1388.

Idem Hincæ de Rogow, castellano Rozpiriensi, ultra mille marcas sibi in capitaneatu Crepicensi inscriptas, ducentas marcas grossorum bohemicalium addit, capitaneumque eundem ad vitæ tempora confert hac conditione, ut ædificia restauret, et familiam pro tuendo castro reservet, ac regem semel in anno cum regina biduo laute excipiat. Datum Lublini, die dominico infra octavas S. Martini, 1404.

Hincza z Rogawa u Lelewela w poselstwie do Litwy 1399, czuwa nad Jagiełłą pod Grunwaldem, ale nie dodał że był kasztelanem rozpirskim. Umarł przed 1426, bo w jednym z poniższych Władysław Jagiello tego roku czyni zapis jego wdowie na Brzeznicy.

Idem Thomconi de Komorniki in villa Wroblow centum marcas grossorum pragensium, et quadraginta monetæ currentis inscribit. Datum Cracoviæ, feria quinta post festum beatæ Elisabeth, 1409.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. I, p. 283.

Idem confirmat litteras Nicolai de Michałow, castellani Sandecensis? capitanei Siradiensis, datas super scultetiam in Jakubice Stanislao et Joanni de Podhańce. Hæc autem advocatia habebit duos mansos liberos, tabernam, hortulanum, piscinam cum prato Witrynowa dicto, et cum horto in fine villæ vulgo *na błoniu*. Datum Siradiæ, infra octavas Ascensionis Domini, anno 1413.

Niemasz go między kasztelanami sandeckimi; był nim tego roku Krystyn z Kozichgłów Zerwikaptur.

Anna relicta Guantonis sculteti in Wroblow consors, quatuor mansos cum medio in Wroblow, qui ad ipsam jure paterno spectabant, vendit Thomconi hæredi de Komorniki et suis successoribus, nec non portionem molendini superioris in fluvio Prośna. Datum in Wielun, in octava Corporis Christi, anno 1414.

Vladislaus rex Poloniæ Cristino Magero de Boguszkow ducentas

marcas in villa sua Moykow in districtu Petricoviensi inscribit. Jedlnæ, feria quarta Cinerum, anno 1418.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. I, p. 295.

Idem rex Hincæ de Rogow castrum cum civitate Brzeznica, ac villis antiqua civitate Krupki, Zajączyce, Dupie, Wąsosze, Dworzyszowice et oppido Paięczno cum villa Delow in summa mille centum sexaginta marcarum grossorum pragensium a patre illius vice thesaurario regni accepta ad vitam confert. Datum in Wolborz, feria tertia infra octavas B. V. Mariæ, anno 1419.

Nicolaus Kampoński, capitaneus Boleslaviensis, jurejurando obligat se arcem Boleslaviensem nemini alteri nisi Vladislao regi, vel eo vita functo, filio ipsius Vladislao et Sophiæ reginæ, ac Vitoldo, ejus tutoribus, aut denique Hedvigi filiæ suæ traditurum. Datum in Brzeście, feria tertia post festum S. Adalberti, anno 1425.

Homagium civitatis Vielunensis Vladislao regi præstitum. Datum in Vielun, feria tertia post dominicam Judica, anno 1425.

Vladislaus rex Poloniæ in mille centum sexaginta marcis castrum et civitatem Brzeznica cum villis ad eam spectantibus inscribit et obligat derelictæ consorti olim Hincæ, castellani Rozpiriensis. Datum in Doninow, in vigilia festi S. Adalberti, anno 1426.

Idem Creslao de Grzybow quadringentas marcas in oppido Radomsko et villis eo pertinentibus, ac in teloneo ibidem exigi solito inscribit. Datum in Przyssow, feria quarta proxima festi Nativitatis B. V. Mariæ, anno 1430.

Idem eidem in eodem oppido Radomsko et villis eo pertinentibus quadringentas marcas assecurat. Datum Sandomiriæ, post dominicam Invocavit, anno 1431.

Vladislaus III rex Poloniæ Hincæ de Rogow in oppido Brzeznica quadringentas marcas inscribit. Datum in Sambor, feria tertia post festum S. Petri ad Vincula, anno 1439.

Idem eidem trecentas marcas per Jagiellonem parentem suum ab eo mutuo acceptas in oppido Brzeznica inscribit et assecurat. Datum Cracoviæ, sabbatho infra octavas Corporis Christi, anno 1439.

Idem Creslao, castellano Visliciensi, dat consensum eximendi teloneum Petricoviense de manibus liberorum Nicolai Małdrzyk de Kobiele in quadringentis marcis latorum grossorum, et centum marcis monetæ currentis. Datum Cracoviæ, feria quarta post dominicam Conductus Paschæ, anno 1439.

Kresław z Kurozwęk, herbu Poraj, kasztelan wiślicki u Lelewela od 1442, postąpił 1448 na kasztelanią lubelską.

Idem Hincæ de Rogow, capitaneo Radomiensi et tenutario Brzeznicensi, ducentas marcas pro equis debitas in tenuta Brzeznicensi assecurat. Datum Cracoviæ, feria sexta post dominicam Judica, anno 1440.

Idem eidem summam ducentorum ducatorum in auro in oppido Brzeznica inscribit. Datum Budæ, feria secunda ante festum Nativitatis B. V. Mariæ, anno 1440.

Idem eidem pro tunica apud eum empta centum marcas in oppido Brzeznica inscribit. Datum Budæ, in crastino S. Michaelis, anno 1440.

Idem Creslao de Kurozwęki, castellano Visliciensi, pro pallio de axameto pellibus zibellinis subducto, centum marcas mediorum grossorum in oppido Radomsko inscribit. Datum Cracoviæ, sabbatho ante dominicam Conductus Paschæ, anno 1440.

Idem Creslao de Kurozwęki, castellano Visliciensi, in oppido Piotrkow ducentas marcas inscribit. Datum Cracoviæ, feria sexta ante dominicam Judica, anno 1440.

Idem eidem summam quadringentarum marcarum in eodem oppido Piotrkow et villis eo pertinentibus assecurat. Datum Cracoviæ, feria quarta ante dominicam Lætare, anno 1440.

Idem pro Joanne de Koniecpole, cancellario regni, ducentas viginti quinque marcas Hincæ de Rogow ab ipso debitas assecurat et in oppido Brzeznica inscribit. Datum Budæ, feria tertia infra octavas Nativitatis B. V. Mariæ, anno 1440.

JAN z KONIECPOLA, kanclerz wielki koronny, od 1433 do 1455.

Idem Jacobo de Lubna familiari suo in villa Lubola in terra Siradiensi sita ducentas marcas inscribit. Datum Budæ, die S. Matthæi apostoli, anno 1440.

Predvogius præpositus Gnesnensis et Catharina relicta Nicolai cum Joanne hæredes de Grandy molendinum in villa regali Buda in parte scultetiæ suæ, in ripa fluvii Warta constituunt cum ea conditione, ut *folusz* molendinator ædificet, et ut ex eo, sicut ex molendino duas partes hæredibus det, item duos capones, unam strutam triticeam pro festo Nativitatis, et molendinum nonnisi decem marcis vendat. Siradiæ, feria secunda post Jubilate, anno 1440.

Stiborius hæres de Komorniki recognoscit se cuidam Michaeli sculteto vendidisse quatuor mansos scultetiæ cum nonnullis aliis pertinentiis in villa Wroblow pro marcis triginta, cum obligatione servitii in equo valoris trium marcarum. Datum in Komorniki, feria quarta post festum S. Francisci, anno 1440.

Vladislaus III rex Poloniæ et Hungariæ privilegia sculletiæ in nova Brzeznica et villa Kruplin ad instantiam Jacobi? episcopi Posnaniensis innovat et confirmat. Budæ, feria secunda post Epiphaniæ, anno 1440.

Od 1438 do 1479 biskupem poznańskim był Jędrzej z Bnina.

Idem Hincæ de Rogow, capitaneo Radomiensi, super civitate Brzeznica villisque eo pertinentibus trecentas marcas inscribit. Budæ, sabbatho post octavas Epiphaniarum, anno 1441.

Idem Creslao de Kurozwęki, castellano Visliciensi, capitaneo Majoris Poloniæ, centum marcas inscribit in Piotrkow. Datum in campo circa fortalitium Kropina, feria sexta ante festum S. Thomæ, 1441.

Idem Stiborio de Komorniki in villa Wroblow in terra Vielunensi consistente ducentas marcas monetæ polonicalis inscribit et assecurat. Datum Cracoviæ, sabbatho ante Septuagesimam, anno 1441.

Idem advocato in Brzeznica ob inundatum ex regia piscina pratum unum kmetonem in villa Kruplin jure perpetuo dat, item piscinæ novæ fodiendæ et prati extirpandi in villa Krostawie facultatem permittit. Budæ, feria secunda post festum Epiphaniarum, anno 1441.

Idem eliberando Grotonem de Jankowice qui pro se Hincæ de Rogow, capitaneo Radomiensi, fidejusserat, centum marcas eidem in oppido Brzeznica inscribit. Budæ, feria quarta in crastino S. Jacobi, anno 1441.

Laurentius Zaremba advocatiam in oppido Grabow pro trecentis marcis vendidit Andreæ de Grabow. Anno 1441.

Vladislaus Poloniæ et Hungariæ rex Hincæ de Rogow in castro Brzeznica quingentas marcas inscribit. Budæ, feria sexta ipsa die S. Margarethæ, anno 1442.

Idem Creslao de Kurozwęki centum marcas in oppido et villis Piotrkow inscribit. Budæ, feria quinta ante festum Purificationis B. V. Mariæ, anno 1443.

Officium terrestre Siradiense testatur fidejussos nonnullos nobiles pro Joanne de Jedlno tenutario Krepicensi quod quandocunque rex solverit illi summam super castro Krepicensi inscriptam, eo cessurus sit regi, quo nomine præfati fidejussores bona sua regi obligant. Petricoviæ in conventu generali, in crastino S. Bartholomæi, 1447.

Casimirus rex Joanni de Koniecpole, cancellario regni, concedit villam Sokołow de manibus Jacobi et Eliæ de Dąbrowa eximere. Petricoviæ, feria quinta post festum S. Francisci, anno 1451.

Idem Creslao de Kurozwęki, castellano Lublinensi, summam mille quadringentarum marcarum a Vladislao rege in Piotrkow cum adja-

centiis assecuratam, in oppidum Radomsko transfert et inscribit. Cracoviæ, sabbatho post festum S. Francisci, anno 1456.

KRESŁAW z KUROZWĘK. kasztelan lubelski, od 1448 do 1457.

Idem Dobieslao de Kurozwęki in oppido Radomsko villisque ad illud pertinentibus inscribit ducentas marcas. Cracoviæ, in crastino S. Adalberti, anno 1456.

Idem Petro de Kurozwęki summam ducentarum marcarum in oppido Piotrkow et villis Lubień et Mieisce inscribit. Petricoviæ, ipso die S. Nicolai, anno 1457.

Hinca de Rogow, castellanus Siradiensis, in signum grati animi, quod rex Casimirus bona Krepicensia, Brzeznicensia, Klobuck et Pajęczno ad vitam ei concessisset, summis quibusvis a regibus Poloniæ inscriptis renuntiat, et regi ac reipublicæ condonat. Lanciciæ, in vigilia S. Matthæi, anno 1457.

HINCZA z ROGOWA był 1450 kasztelanem rozpirskim. RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 893, postąpił 1454 na kasztelanią sieradzką, został 1461 kasztelanem sandomirskim, umarł 1474.

Casimirus rex renovat et confirmat litteras Vladislai regis super florenos hungaricales octingentos in auro in villa Kielczygłowy Andreæ Victori hæredi de Kamień inscriptos. Datum in conventu generali Petricoviensi, die S. Nicolai, anno 1459.

Marcissus de Wilkonia, judex terræ Vielunensis et capitaneus Boleslaviensis, Casimiro regi et filiis ejus, nec non ordinibus regni obligat fidem suam, quod castrum Vielunense nemini nisi regi aut filiis ejus, aut ordinibus regni traditurus sit. Lanciciæ, feria quarta post Pentecostes, anno 1460.

Casimirus rex Petro Wanżyk de Widawa dat facultatem eximendæ villæ Wroblow de manibus Stanislai Komornicki. Datum in Brzeście, in crastino S. Scholasticæ, anno 1461.

Idem eidem summam quingentarum marcarum in villa Wroblow inscribit. Petricoviæ, ipso die Præsentationis B. V. Mariæ, anno 1462.

Ejusdem commissarii inter Hinca, castellanum Sandomiriensem, tenutarium Brzeznicensem, et advocatiæ ibidem hæredes differentias certas occasione privilegiorum et immunitatum ejusdem advocatiæ componunt, addita hac inter alias conditione, quod advocatus cum aliis terrigenis Siradiensibus ad bellum debeat proficisci, secundum equitem et peditem secum habendo. Datum in conventu generali Petricoviensi, in vigilia Annuntiationis B. V. Mariæ, anno 1463.

Idem Joanni Lubelczyk de Kurozwęki sexaginta marcas in Piotrkow inscribit. Datum in Radom, in vigilia Omnium Sanctorum, 1468.

Idem Stanislao de Kurozwęki, canonico Cracoviensi, sexaginta marcas in oppido Piotrkow et villis inscribit. Lublini, feria quarta post festum S. Jacobi, anno 1469.

Idem Joanni de Kurozwęki quinquaginta marcas in oppido Piotrkow inscribit. Lublini, feria secunda in vigilia S. Jacobi, anno 1469.

Idem Creslao de Kurozwęki, canonico Kurzeloviensi, in oppido Radomsko et villis eo pertinentibus centum decem marcas inscribit. Petricoviæ, feria tertia ante festum S. Andreæ, anno 1470.

Idem summam sexaginta marcarum Joanni de Kurozwęki in oppido Piotrkow et villis eo pertinentibus inscribit. Datum in Radom, sabbatho die S. Thomæ, anno 1471.

Idem recognoscit se debere Bartholomæo de Iwanowicze, castellano Calissiensi, ducentas marcas, quas eidem in Godynice, Grodziec et Łagiewniki inscribit et assecurat. Cracoviæ, anno 1472.,

Bartłomiej z Iwanowicz, kasztelan kaliski, 1470. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 545. U Niesieckiego od 1475 do 1485.

Idem Joanni de Kurozwęki quingentas marcas in civitate Petricoviensi et villis eo pertinentibus inscribit. Datum in Korczyn, feria secunda ante festum S. Laurentii, anno 1474.

Idem eidem summam centum quinquaginta marcarum in civitate Petricoviensi et villis eo pertinentibus inscribit. Datum in Piotrkow, sabbatho ante festum S. Ægidii, anno 1476.

Declaratio Jacobi de Koniecpole, præpositi S. Floriani ante muros Cracovienses, capitanei Siradiensis, quod summæ quæcunque sibi et majoribus suis a regibus Poloniæ super capitaneatu Siradiensi, oppidisque ac villis eo pertinentibus, ac in tenuta Rathnensi inscriptæ sunt, non ad successores ejus post mortem, sed ad regem et regnum devolvi debent. Datum in conventu Petricoviensi, feria quarta ante festum S. Barbaræ, anno 1478.

Contractus inter Casimirum regem Poloniæ et Jacobum de Koniecpole, præpositum S. Floriani et capitaneum Siradiensem, occasione oppidi et castri Siradiensis. Datum in conventu Colensi, feria sexta ante dominicam Oculi, anno 1479.

Ordines regni Poloniæ testantur Casimirum regem Poloniæ Jacobo de Koniecpole duo millia florenorum persolvisse, illum autem omnes summas quæcunque sibi et successoribus suis super castro Siradiensi, ac oppidis Warta et Szadek inscriptæ erant, regiæ majestati condonasse, ac oppidum Rathno eidem regi resignasse, cum resignatione pensionis ad vitam quadringentarum marcarum. Datum in conventione Colensi, feria quinta ante dominicam Oculi, anno 1479.

Casimirus rex recognoscit se debere summam duorum millium hungaricalium puri auri Dobieslao de Kurozwęki, capitaneo Krepiscensi, castellano Rozpiriensi, eandemque summam pro festo Nativitatis Domini se soluturum promittit, in casu vero non solutionis castra et oppida Krzepice, Kłobucko et villas eo pertinentes obligat et inscribit. Petricoviæ, feria secunda ante festum S. Margarethæ, 1479.

Dobiesław z Kurozwęk, kasztelan rozpirski, 1475. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 563; wojewoda lubelski 1484, 1490, t. II, pars 2, p. 701; t. III, p. 465; umarł wojewodą sandomirskim 1495.

Idem eidem in villa Dobroszyce centum marcas inscribit. Datum in nova Korczyn, feria secunda ante festum SS. Simonis et Judæ, anno 1479.

Litteræ Joannis Wanczyk de Wola, quibus testatur Andream scultetum de Wroblow vendidisse scultetiam viginti octo florenis hungaricalibus Andreæ dicto Kossy de Mokrsko. Datum in Mokrsko, feria quinta ante festum S. Joannis Baptistæ, anno 1482.

Casimirus rex summam quadraginta marcarum Dobieslao de Kurozwęki, palatino Lublinensi, in oppido Krzepice et Kłobucko inscribit. In nova civitate Korczyn, feria secunda ante festum S. Pauli, anno 1485.

Idem eidem in castro et civitate Krepicensi et oppido Kłobucko marcas quinquaginta inscribit. Datum in Korczyn, feria sexta post festum Conversionis S. Pauli, anno 1485.

Idem eidem centum decem marcas in Krzepice et Kłobucko inscribit. Datum Lublini, feria sexta ante festum S. Petri ad Cathedram, anno 1485.

Idem eidem summam centum marcarum in eisdem oppidis inscribit. Cracoviæ, feria sexta infra octavas Epiphaniæ, anno 1485.

Idem eidem dat consensum eximendi villam Krzyczykow de manibus Thomæ. Datum Cracoviæ, feria quinta post festum Assumptionis, anno 1487.

Idem eidem ducentas marcas in et super castro Krepicensi, et oppido Kłobucko, ac villis eo pertinentibus inscribit. Datum in Piotrkow, die 10 post Conversionem S. Pauli, anno 1487.

Idem eidem ducentas viginti marcas in castro Krepicensi inscribit. Datum in conventione generali Petricoviensi, feria tertia infra octavas Ascensionis Domini, anno 1488.

Idem eidem ducentas marcas in oppido Krzepice inscribit. Datum in Piotrkow, feria secunda ante festum S. Elisabethæ, anno 1488.

Idem eidem dat consensum eximendæ medietatis bonorum Ra-

domsko de manibus Creslai de Kurozwęki, cancellarii regni. Datum in Piotrkow, feria secunda ante festum S. Elisabethæ, anno 1488.

Kresław z Kurozwęk, kanclerz wielki koronny, 1484, 1488. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. I, p. 343; t. II, pars 2, p. 576. U Niesieckiego dopiero od roku 1489, umarł 1503.

Idem eidem centum marcas in bonis Radomsko et Dobroszyce inscribit. Datum in Radom, die S. Ceciliæ, anno 1489.

Idem eidem summam ducentorum aureorum in oppido Krzepice et villis eo pertinentibus inscribit. Cracoviæ, feria quinta proxima Rogationum, anno 1489.

Idem eidem in oppido Radomsko trecentos quadraginta florenos hungaricales puri auri inscribit. Datum Cracoviæ, sabbatho post festum S. Joannis Baptistæ, anno 1490.

Idem dat consensum Mathiæ Głowacki, tribuno majori et capitaneo Siradiensi eximendi villam Kobiela de manibus Michaelis Karaś. Datum Cracoviæ, feria quarta ante festum S. Mariæ Magdalenæ, anno 1490.

Idem mille trecentos triginta novem florenos hungaricales et grossos octo in oppido Szadek Joanni de Ostrorog, castellano Posnaniensi, inscribit. Datum in Radom, die dominico ante festum S. Matthæi apostoli, anno 1491.

Jan Ostroróg, kasztelan poznański, 1476. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 950. U Niesieckiego dopiero od roku 1478, umarł u tegoż 1499, ale podług jednego z poniższych żył jeszcze 1501, jeżeli dacie zawierzyć można.

Idem Petro de Kurozwęki, thesaurario regni, capitaneo Cracoviensi, in summa mille quadringentorum viginti florenorum hungaricalium, quam pro se Joanni Smolik exsolvit, capitaneatum Vielunensem obligat. Datum in Troki, anno 1492.

Piotr z Kurozwęk, herbu Poraj, podskarbi wielki koronny od 1485 do 1495.

Joannes Albertus rex summam trecentarum marcarum Petro Myszkowski, castellano Vielunensi, in oppido Osiek inscribit. Datum Cracoviæ, feria quarta in vigilia S. Nicolai, anno 1492.

Piotr Myszkowski, herbu Jastrzębiec, kasztelan wieluński, rozpirski 1496, wojewoda łęczycki 1501, marszałek wielki koronny 1505, umarł 1507.

Idem Dobieslao de Kurozwęki, palatino Lublinensi, summam duorum millium florenorum hungaricalium in auro mutuo acceptam, et noningentas marcas a Casimiro rege Poloniæ parente suo

sibi donatas in capitaneatu Vielunensi inscribit. Datum Petricoviæ, dominica Reminiscere, anno 1492.

Wzmianka o nim wyżej pod rokiem 1479.

Idem Mathiæ Głowacki, capitaneo Siradiensi, mille florenos hungaricales inscribit in oppido Sieradz, Szadek et Warta. Datum Posnaniæ, feria quinta pridie S. Petri, anno 1493.

Idem Dobieslao de Kurozwęki, palatino Lublinensi, villam Osiek in terra Siradiensi ad castrum Vielun antiquitus pertinentem de manibus Petri Myszkowski, castellani Vielunensis, trecentis florenis hungaricalibus ibidem assecuratis eximendi dat facultatem. Cracoviæ, feria sexta ante festum S. Viti, anno 1494.

Idem Nicolao Gardzyna de Lubraniec, castellano Spicimiriensi, dat facultatem eximendæ villæ Brzeg et Lubola de manibus Joannis et Dorotheæ olim Barbaræ de Buzenino liberorum. Datum in Brzeście Cujaviensi, die SS. Simonis et Judæ apostolorum, anno 1494.

Mikołaj Lubrański, naprzód kasztelan spicimirski, od 1499 wojewoda kaliski, od 1510 poznański, umarł 1519.

Litteræ Joannis Zaremba hæredis de Kalina et tenutarii Graboviensis super venditionem molendini Rudnisko. Datum in Grabow, feria sexta post dominicam Judica, anno 1494.

Joannes Albertus rex mille aureos Nicolao de Kurozwęki, pro quibus Andreas Roża, archiepiscopus Leopoliensis, fidejusserat, in oppido Brzeznica inscribit. Sandomiriæ, ante festum S. Valentini, 1496.

Jędrzej Roża, arcybiskup lwowski, od 1493, postąpił 1503 na arcybiskupstwo gnieźnieńskie, umarł 1510.

Idem Nicolao Gardzyna de Lubraniec, castellano Spicimiriensi, villam Lubola in terra Siradiensi sitam de manibus Joannis filii olim Nicolai Kuropłoch de Brzeznin redimendi dat facultatem, unaque litteras Vladislai III regis de data Cracoviæ, feria sexta ante dominicam Ramis Palmarum, anno 1440, quibus Jacobo de Lubna super villa Lubola summa trecentarum marcarum assecurata est, approbat. Petricoviæ, sabbatho ante dominicam Conductus Paschæ, anno 1496.

Idem Stanislao de Kurozwęki quingentos florenos hungaricales in castro et oppido Wielun inscribit. Cracoviæ, anno 1498.

Idem Nicolao de Kurozwęki, castellano Siradiensi, mille florenos hungaricales ultra alias summas in castro et oppido Brzeznica assecurat. Cracoviæ, ante Septuagesimam, anno 1499.

Mikołaj z Kurozwęk, kasztelan sieradzki od 1485, postąpił 1500 na województwo lubelskie, umarł 1505.

Idem Nicolao Gardzyna de Lubraniec, castellano Spicimiriensi, centum et decem marcas, et florenos centum hungaricales inscribit et assignat in villa Lubola Siradiensis districtus, ac præterea consentit eandem villam in prædicta summa Mathiæ, Joanni et Martino fratribus de Głowaczyce obligare. Datum Thorunii, feria quinta infra octavas Pentecostes anno 1501.

Joannes Ostrorog, castellanus Posnaniensis, quietat Joannem Albertum regem de omnibus inscriptionibus sibi in oppido Szadek serviendis. Petricoviæ, feria tertia in vigilia S. Matthæi, anno 1501.

Alexander rex Poloniæ Petro Myszkowski de Mirow, palatino Lanciciensi, summam quatuor millium quadringentorum florenorum per quatuordecim scotos computatam in oppido Szadek et villis eo pertinentibus inscribit. Vilnæ, in festo S. Stephani, anno 1502.

Piotr Myszkowski, o którym wyżej, wojewoda łęczycki, 1501. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. I, p. 229, 357. Umarł 1507.

Idem Petro de Wrocimowice dapifero Cracoviensi et uxori ejus Catharinæ de Bronow dat facultatem inscribendi censum reemptionalem personæ spirituali super villa Bronow. Sandomiriæ, feria quinta ante Pentecosten, anno 1502.

Idem Stanislao Jarocki quatuor millium florenorum hungaricalium super exactione dicta *poradlne* pro mensa regia ex districtibus Siradiensibus proveniente assecurat. Sandomiriæ, feria tertia post festum SS. Trinitatis, anno 1502.

Idem Nicolao de Kurozwęki, palatino Lublinensi, in castro et oppido Siradiensi Szadek et villa Brodnica et aliis villis co-pertinentibus quinque millia florenorum inscribit. Cracoviæ, in crastino S. Martini, anno 1502.

Idem Petro Myszkowski de Mirow, palatino Lanciciensi, summam ducentarum marcarum et ducentorum florenorum hungaricalium in oppido Szadek inscribit. Cracoviæ, feria secunda post festum Epiphaniæ, anno 1504.

Idem Janussio Swierczowski ducentas marcas in oppido Szadek inscribit. Cracoviæ, feria quarta post octavas Epiphaniæ, anno 1504.

Idem duo millia florenorum aureorum per Joannem Zaremba, capitaneum Majoris Poloniæ, ac tenutarium Graboviensem pro se Stanislao Jarocki exsoluta, eidem Joanni Zaremba super oppido et tenuta Graboviensi inscribit. Cracoviæ, in vigilia Omnium Sanctorum, anno 1504.

Idem Nicolao de Kurozwęki, palatino Lublinensi, in civitate et castro Siradiensi et in oppido Szadek summam duorum millium

sexcentarum et duodecim cum media marcarum, ac octingentos florenos hungaricales inscribit. Datum in Radom, sabbatho infra octavas Corporis Christi, anno 1505.

Proceres regni Andreas, archiepiscopus Gnesnensis, Joannes episcopus Cracoviensis, Mathias episcopus Præmisliensis, Stanislaus de Chodecz, castellanus Leopoliensis, Petrus Szafraniec de Pieskowa Skała, castellanus Visliciensis, et alii fidejubent pro rege Alexandro Petro Myszkowski de Mirow, palatino Lanciciensi, pro summa sex millium quadringentorum et viginti florenorum hungaricalium. Datum in Radom, feria sexta ante festum S. Viti, 1505.

Jędrzej Roża Boryszewski, arcybiskup gnieźnieński, o którym wyżej. Jan Konarski, biskup krakowski, od 1503 do 1523. Maciej Drzewicki, biskup przemyski, od 1503 do 1513. Stanisław z Chodcza, kasztelan lwowski, od 1496 do 1507. Piotr Szafraniec z Pieskowej Skały, kasztelan wiślicki roku 1501, 1505. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. I, p. 229, 357. Piotr Myszkowski wyżej pod rokiem 1492 i 1502.

Senatores regni Poloniæ Andreas, archiepiscopus Gnesnensis, Joannes episcopus Cracoviensis, Mathias episcopus Præmisliensis, Stanislaus de Chodecz, castellanus Leopoliensis, Petrus Szafraniec de Pieskowa Skała, castellanus Visliciensis, Joannes de Łasko, cancellarius regni, etc., fidejubent pro Alexandro rege Petro Myszkowski de Mirow, palatino Lanciciensi, ratione summæ sex millium quadringentorum florenorum hungaricalium. Datum in Radom, feria sexta ante festum S. Viti, anno 1505.

Jan Łaski, kanclerz wielki koronny, roku 1505. Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. I, p. 229.

Molendinum in Grabow pro quadringentis marcis Fraszki venditur. Datum Cracoviæ, feria quarta in vigilia S. Joannis Baptistæ, anno 1507.

Sigismundus rex Laskario Lubrański bona Lubola in terra Siradiensi sita de manibus Joannis Głowacki vexilliferi Siradiensis dat potestatem eximendi, ita tamen ut summa exemptoria non excedat summam in litteris originalibus inscriptam. Datum in Brzeście, anno 1511.

Idem Nicolao Potocki advocatiam in villa Ruda, in districtu Siradiensi sita de manibus successorum Grądzki eximendi dat facultatem. Cracoviæ, feria quarta post dominicam Reminiscere, 1512.

Idem Mathiæ Głowacki centum marcas in villa Kobiela inscribit. Cracoviæ, feria tertia post Reminiscere, anno 1512.

Idem dat facultatem Nicolao Potocki advocatiæ in villa Ruda eximendæ de manibus successorum Grądzki. Cracoviæ, anno 1512.

Ejusdem consensus redimendi bona regalia Piotrkow et Tuszyn Thomæ de Lubraniec de manibus Lucæ Gorka, castellani Posnaniensis. Vilnæ, feria tertia infra octavas SS. Corporis Christi, 1514.

Łukasz Górka, kasztelan poznański od 1512 do 1520, w Niemczech tytuł hrabiego uzyskał, owdowiawszy został biskupem kujawskim 1538, umarł 1542.

Idem Thomæ? episcopo Premisliensi, curiam in suburbio Petricoviensi jacentem confert. Vilnæ, feria sexta ante festum S. Catharinæ, anno 1514.

Biskupem przemyskim od 1513 do 1521 był Piotr Tomicki.

Idem consentit Bartholomæo Bartochowski molendinatori Calissiensi exemptionem scultetiæ in villa Jakubice de manibus Rosæ Bartochowski. Cracoviæ, die Omnium Sanctorum, anno 1518.

Idem certam aream in suburbio Petricoviensi donat Nicolao Jordan castellano Voyniciensi. Petricoviæ, die S. Matthæi, 1519.

Mikołaj Jordan, kasztelan wojnicki, od 1518 do 1521.

Idem confirmat privilegium Vladislai regis, quo oppidum Grabow fundatur, forumque et mercatus eximendi facultas ei datur, 1519.

Idem Thomæ de Lubraniec medietatem Piotrkow et Tuszyn oppidi *na wyderkaf* pro summa trium millium florenorum vendit. Datum in conventu generali Cracoviensi, feria quinta post Cinerum, anno 1519.

O *wyderkafach* między dokumentami krakowskiemi pod rokiem 1471.

Idem Nicolao de Szydłowiec, castellano Sandomiriensi, thesaurario regni, Olstinensi, Radomiensi, Krepicensi capitaneo, summam quatuor millium florenorum in exemptionem castri et civitatis Krzepice de manibus Barbaræ filiæ olim de Kurozwęki, capitanei Krepicensis et Vielunensis, erogatam super eodem castro inscribit, atque jus ei advitalitium super hæc confert. Cracoviæ, ante festum S. Nicolai, anno 1521.

Mikołaj z Szydłowca, podskarbi wielki koronny od 1515, zmarły 1532, i na nim dom wygasł.

Ejusdem consensus Stanislao Rogucki burgrabio Siradiensi villam Kobiela in districtu Szadek sitam obligandi. Petricoviæ, die S. Pauli, anno 1525.

Idem Silvestro Ożarowski, succamerario suo et capitaneo Zawichostensi, stationem in oppido Radomsko in terra Siradiensi sito,

per oppidanos quotannis solvi debitam confert ad vitæ illius tempora. Cracoviæ, dominica Palmarum, anno 1525.

Ejusdem litteræ quibus certam pensionem occasione venditionis salis per tenutarios ab oppidanis Graboviensibus exigi solitam abrogat. Cracoviæ, anno 1532.

Idem Joanni Gruszczyński, castellano Inowłodzensi, dat capitaneatum Siradiensem cum conditione, ut medietatem oppidi Piotrkow et oppidum Tuszyn cum villis eximat de manibus Thomæ Lubrański, quam summam ex proventibus capitaneatus Siradiensis quotannis detrahat. Cracoviæ, post dominicam Oculi, anno 1533.

Judicium terræ Siradiensis testatur Sigismundum regem persolvisse tutoribus filiorum Leonardi Grzywa summam, quam idem Grzywa habuit in advocatia villæ regalis Moykow. Petricoviæ, feria quarta in vigilia S. Dorotheæ, anno 1533.

Sigismundus rex Petro Kmita, palatino Cracoviensi et marschalco regni, summam sexcentorum et quindecim florenorum et sexdecim cum medio grossorum, diversis litteris super villa Uszczyn inscriptam, et per eum in redemptione dictæ villæ Uszczyn et Moykow in terra Siradiensi, ac Sadlerz in terra Lanciciensi expositam, in præfata villa Uszczyn assecurat. Cracoviæ, anno 1537.

Piotr Kmita z Wiśnica, marszałek wielki koronny 1530, kasztelan sandomirski 1532, wojewoda 1535, krakowski 1536, umarł 1551.

Idem reginæ Bonæ consorti suæ innovat donationem trium curiarum in suburbio Petricoviensi sitarum : duarum post mortem Christophori de Szydłowiec, castellani et capitanei Cracoviensis, cancellarii regni, et Nicolai de eadem Szydłowiec, thesaurarii regni, tertiæ vero post mortem reverendi Joannis ex ducibus Litvaniæ, episcopi Posnaniensis ad suam dispositionem devolutarum. (Z mylną datą 1496.)

Krzysztof z Szydłowca, kanclerz wielki koronny od 1513, zmarły 1532. Jan (syn Zygmunta), biskup naprzód wileński, od 1535 poznański, umarł 1538, a zatem prawdziwa data tego dokumentu nie może być wcześniejsza od 1538.

Ejusdem litteræ taxationis advocatiæ seu scultetiæ in villa Uszczyn, et unionis summæ quadringentorum florenorum ad alias summas. Cracoviæ, post S. Michaelis, anno 1542.

Litteræ testimoniales officii terrestris Cracoviensis, videlicet Petri Dębiński judicis, et Stanislai Wielopolski subjudicis Cracoviensium, quibus testatur Joanni Masłowski esse satisfactum a Gasparo Zwadzki pro advocatia Crepicensi. Cracoviæ, feria quinta post dominicam Jubilate, anno 1553.

LITTERÆ PALATINATUS LANCICIENSIS.

Vladislaus rex Poloniæ dat consensum Clementi de Jastrzembia jus ad summam ducentarum marcarum in oppido regio Dombie hærentem in personam Nicolai de Jastrzembia subdapiferi Lanciciensis transferendi. Cracoviæ, ipso die S. Dorotheæ virginis, 1397.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Poloniæ*, t. I, p. 266.

Idem Vladislaus rex prædictum oppidum Dombie Nicolao de Borzysławice succamerario Lanciciensi obligat in summa quadringentarum quinquaginta marcarum, Clementi de Jastrzembia in exemptionem ejusdem oppidi ducentis marcis datis, et ducentis quinquaginta ipsi regi numeratis. Datum in Opatow, ipso die S. Catharinæ, anno 1409.

Idem rex in eodem oppido Dombie Janussio, castellano Dobrinensi, ducentas quinquaginta marcas inscribit. Datum in Przyssow, feria quarta post Reminiscere, anno 1410.

Idem in eodem oppido Dombie Martino Borzysławski assignat et assecurat summam ducentarum marcarum, una cum aliis summis præfato Nicolao, patri ipsius ibidem inscriptis. Posnaniæ, die S. Catharinæ, anno 1410.

Idem Petro Szafraniec centum marcas in villa regia Sobotka inscribit. Datum in Dobrostany, feria quinta post festum Exaltationis S. Crucis, anno 1411.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. II, p. 375.

Nicolaus Oporowski, succamerarius et capitaneus Lanciciensis, attestatur a Nicolao advocato in Szczawino partem advocatiæ ipsius Alberto de Glinnik octodecim marcis communis monetæ obligatam esse. In crastino Corporis Christi, anno 1419.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. I, p. 296.

Vladislaus rex in silva Drzewe condit oppidum ejusdem nominis, eique concedit jus teutonicum magdeburgense, tum advocatiam ibidem nobili Stanislao de Bielice et ipsius successoribus confert, cum onere servitii bellici, quam advocatiam postea rex transtulit in bona

sortis liberæ decem mansorum villæ Kalen. Datum in Chęciny, feria sexta in vigilia S. Laurentii martyris, anno 1425.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. II, p. 407

Idem rex Stanislao hæredi in Pełczyska venatori Lanciciensi confirmat litteras venditionis advocatiæ in silvis inter Kłodawa et Przedecz sitæ cuidam Clementi de Dzierzbice, et locationem villæ Niwki. Datum in Chęciny, feria sexta in octava S. Laurentii, anno 1425.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. II, p. 410.

Idem Stanislao Bielawski, succamerario Lanciciensi, ducentas marcas in villis Szczawino et Szeligi inscribit. Datum in Suleiow, feria tertia post festum S. Stanislai, anno 1433.

Vladislaus III rex Joanni et Petro de Kalen ducentas marcas latorum grossorum pragensium, et septuaginta marcas monetæ polonicalis ad Stanislaum parentem ipsorum, venatorem Lanciciensem, pertinentes, super villis regiis Kalen, Niwki, Jasieniecz et super medietate villæ Drzewe inscribit. Datum in loco campestri inter Posonium et Tyrnaviam, anno 1441.

Idem rex Jarando de Brudzewo, palatino Siradiensi, summam trecentarum marcarum in castro et oppido Przedecz et Kłodawa et villis eo pertinentibus inscribit. Datum in loco campestri ante civitatem Tyrnaviam, feria secunda post festum Purificationis B. V. Mariæ, anno 1442.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. II, pars 2, p. 877.

Idem Nicolao de Parzniow quadraginta marcas pro equo apud eum empto in villa Lubiena inscribit. Datum in Tyrnavia, 1442.

Petrus advocatus in Kłodawa provido Vyanch sutori Kłodaviensi medium mansum advocatiæ suæ in octo marcis mediorum grossorum obligat. Datum in Kłodawa, ipso die S. Blasii, anno 1447.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. II, pars 2, p. 501.

Idem vendit hortum suum advocatialem Nicolao civi Kłodaviensi. Datum in Kłodawa, feria quinta die SS. Philippi et Jacobi apostolorum, anno 1447.

Idem obligat medium mansum in octo marcis Martino fabro, civi Kłodaviensi. Datum in Kłodawa, feria quarta in octava S. Jacobi apostoli, anno 1448.

Rzyszczewski, *Codex dipl. Pol.*, t. II, pars 2, p. 507.

Joannes advocatus in Kłodawa recognoscit se vendidisse hortum

suum ad advocatiam pertinentem pro septem marcis mediorum grossorum provido Alberto Zegadłowicz, civi Kłodaviensi. Datum in Kłodawa, ipso die S. Valentini, anno 1451.

Attestatio Michaelis Lasocki, succamerarii Dobrinensis, capitanei Lanciciensis contineri in actis castrensibus Lanciciensibus, quod Albertus hæres et advocatus de Szczawino obligat advocatiam suam cum villa Kraczby ad eandem advocatiam pertinente Derslao de Dobiestrowo in quadringentis marcis mediorum grossorum. Lanciciæ, in festo Conversionis S. Pauli, anno 1453.

Casimirus rex Joanni de Dobrzelmo donat septuaginta marcas polonicales, et triginta florenos hungaricales, inscribitque super villis Szczawino et Szeligi. Varsaviæ, ipso die S. Margarethæ, anno 1454.

Attestatio Vincentii Bieganowski, capitanei Przedecensis, quod Joannes advocatus de Kłodawa hortum suum cum Stanislao Napora cive Kłodaviensi pro alio horto commutavit. Datum in Przedecz, feria tertia post dominicam Ramis Palmarum, anno 1455.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Pol.*, t. I, p. 332.

Idem capitaneus Przedecensis Vincentius de Bieganow attestatur eundem Joannem advocatum de Kłodawa hortum suum vendidisse octo marcis Alberto Woydo et successoribus ejus. Datum in Przedecz, feria tertia post dominicam Ramis Palmarum, anno 1455.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl. Pol.*, t. I, p. 332.

Casimirus rex Poloniæ litteras Michaelis Lasocki continentes in se libertatem locandi molendini equestris in villa Dąbrowice datam provido Stanislao Cegło civi Kłodaviensi confirmat, eidemque Stanislao et posteris ejus tertiam mensuram de eodem molendino concedit, quæ litteræ postea cassatæ per translationem summæ in eodem molendino ex taxa commissariorum provenientis in bona regalia sortis liberæ decem mansorum villæ Kalen, ad thesaurumque regium datæ sunt. Lanciciæ, feria quinta infra octavas Pentecosten, anno 1455.

Thomas molendinator et quartæ partis advocatiæ in Kłodawa possessor recognoscit se vendidisse hortum suæ partis advocatiæ cum libertate ab onere bellico Nicolao mercatori et civi Kłodaviensi. Datum in Kłodawa, sabbatho ante festum SS. Philippi et Jacobi apostolorum, anno 1457.

Casimirus rex Poloniæ confirmat litteras super emptionem mansorum duorum advocatiæ in villa Sobotka Stanislao Kopytowicz. Lanciciæ, feria quarta post festum S. Michaelis archangeli, 1459.

Idem inscribit Kalińskim in villa Krasna viginti marcas. Datum sabbatho infra octavas Assumptionis, anno 1459.

Litteræ de medio manso cum prædio advocatiæ Kłodaviensis, 1461.

Casimiri regis litteræ super datiam *cizsza* colligendam, præsertim ex terris palatinatus Lanciciensis, idque de consensu baronum, tamdiu quamdiu ipsis placuerit, quod in sequelam non trahetur. Inovladislaviæ, in vigilia SS. Petri et Pauli, anno 1467.

Casimirus rex approbat litteras Michaelis Lasocki, succamerarii et capitanei Lanciciensis, continentes in se venditionem duorum mansorum summamque præsertim trecentarum quadraginta marcarum a prædecessoribus suis assignatam in villa Labino et Lucimierz assecurat. Datum in Koło, die dominica post Divisionem SS. apostolorum, anno 1468.

Transumptum aliquot privilegiorum continentium in se locationem certarum villarum ad capitaneatum Przedecensem spectantium, videlicet Ostrow, Kublowo, Kamieniec, Drzewce, Zarowo, Kobiela, Kobielaniąta, Zobczyma, et advocatiæ in Przedecz sub Vladislao et filio ejus Casimiro factam.

Litteræ Sigismundi regis, quibus obligationem partis advocatiæ in villa Szczawino per Nicolaum advocatum Alberto de Glinnik olim factam approbat. Petricoviæ, feria tertia post festum Conversionis S. Pauli, anno 1511.

Sigismundus rex dat potestatem Stanislao Cleophæ civi Lanciciensi unum mansum agri in campis Lanciciensibus jacentem cuicunque fideli hominum vendendi seu obligandi. Cracoviæ, feria tertia post festum S. Lucæ evangelistæ, anno 1512.

Jacobus de Knyszow judex, et Petrus Karniowski de Brodzierze subjudex Siradienses, decernunt, quod nobiles Joannes et Andreas fratres germani, et Vincentius ac Stanislaus filius Jacobi Dunin de Wiasth, nepotes ipsorum, illustrissimam principem virginem Elisabeth tenutricem villæ Sierchow evincere ac tueri debent ab impetitione Nicolai Pełka de Przewody. Petricoviæ, sabbatho ante S. Thomæ, anno 1512.

ELŻBIETA córka Kazimierza Jagiellończyka, która przyrzeczona w małżeństwo 1506 Bogdanowi jednookiemu wojewodzie multańskiemu, nie poszedłszy za niego, była jeszcze panną 1512 w czterdziestym roku życia. Myli się Albertrandi (*Dzieje królestwa polskiego krótko lat porządkiem opisane*), a za nim Gołębiowski (*Dzieje Polski za panowania Kazimierza*), mówiąc że ta Elżbieta zaślubiona była roku 1492 Fryderykowi xięciu lignickiemu, a po jego śmierci Bogdanowi wojewodzie multańskiemu. Powyższy dokument zaprzecza temu, a Bielski dodaje że dopiero 1515 wydana była za xięcia lignickiego, i że ją Jan Turza biskup wrocławski do małżonka odprowadził.

Facultas Jacobo Dobrzelowski eximendi advocatiam in villa Szczawin de manibus Stanislai Lasocki, succamerarii Lanciciensis, a Sigismundo rege concessa. Cracoviæ, die dominico post festum S. Ægidii, anno 1515.

Sigismundus rex renovat confirmatque ternas litteras annorum 1407, 1427, 1442 olim Vladislai Jagiellonis, et Vladislai filii ejus regum Poloniæ, continentes in se inscriptionem certarum summarum in villa Labino Alberto de Parzniczow, ac successive Stanislao Parzniczewski. Vilnæ, sabbatho ante dominicam Invocavit, anno 1536.

Litteræ dislimitationis bonorum regalium Wiączenie tenutæ Jacobi, Stanislai et Christophori Lasocki ex una, et bona hæreditaria Kalin, Barkówka et Bieszewy nobilis Stanislai Skoszewski partibus ex altera. Datum in loco differentiarum, feria sexta in festo Translationis S. Adalberti, anno 1542.

Actus seu munimenta continentia exemptionem sortium advocatiæ Klodaviensis de manibus certorum oppidanorum Klodaviensium per commissarios a Sigismundo rege deputatos. Datum in Kłodava, feria quinta ante festum S. Francisci, anno 1548.

Sigismundus Augustus rex sex millia florenorum super oppido Kłodawa in palatinatu Lanciciensi Beatæ de Sprowa et filiis ejus inscribit. Anno 1552.

Quietatio Petronellæ de Komarowo de summa sex millium florenorum in oppido Kłodawa per Sigismundum Augustum regem Poloniæ modo obligatorio inscripta. Anno 1556.

LITTERÆ UNIVERSALES CUIAVIÆ.

Gervardus episcopus Vladislaviensis una cum capitulis ecclesiarum suarum Vladislaviensis et Crusviciensis componit cum Premislao, Casimiro et Vladislao juvene ducibus Cuiaviæ, eosque ratione captivitatis suæ et cleri, tum illatorum ecclesiis damnorum a pœna excommunicationis liberat et absolvit. Vladislaviæ, in ecclesia Fratrum minorum, decimo calend. decembris, anno 1311.

Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 640.

Gerward, herbu Leszczyc, biskup kujawski od 1300, umarł w Awinionie 1323.

Przemysław i Kazimierz na Gniewkowie, synowie Ziemomysła, wnuki Kazimie-

rza pierwszego xięcia kujawskiego. Władysław biały, syn Kazimierza gniewkowskiego, umarł mnichem w Dywionie (Dijon) we Francyi roku 1398, jak świadczy Du Cange *in glossario*.

Attestatio procerum terræ Cuiaviensis Premislaum ducem Cuiaviæ cum fratre suo Lescone ita concordiam inivisse, ut si absque prole legitima decesserit, ei Lesco sit successurus. Vladislaviæ, die Pentecostes, anno 1318.

Leszek, brat Przemysława i Kazimierza na Gniewkowie, ten sam co zastawił Krzyżakom ziemię michałowską roku 1304, a potem ją sprzedał 1317.

Litteræ Petri domini de Nowenburg, quibus suo et fratris sui Lesconis domini in Zławen nomine attestatur se concordiam inivisse cum Lescone, duce Cuiaviæ et domino Vladislaviensi et cum fratre suo Premislao duce Cuiaviæ et domino in Wyszogrod iis conditionibus quæ sunt in iisdem litteris expressæ. Datum in villa Kniszdorff, feria sexta in octava S. Jacobi, anno 1319.

Semovitus dux Masoviæ attestatur se transegisse cum Hedvigi regina Poloniæ de illis locis, quæ ille in Polonia hostiliter ceperat, idque pro decem millibus sexagenarum pragensium, ad solutionemque hujus summæ Cuiaviam nomine hypothecæ sibi obligatam esse. Cracoviæ, die S. Luciæ, anno 1385.

Ziemowit młodszy, syn Ziemowita starszego, xiąże na Płocku, umarł 1426. Po śmierci króla Ludwika, ten xiąże mazowiecki znalazłszy stronników w Wielkiej Polsce, w zamiarze otrzymania korony zagarnął Kujawy, które Jadwiga na tron wezwana wykupiła za 10,000 kop groszy praskich.

Henricus episcopus Vladislaviensis promittit fidelitatem Vladislao regi Poloniæ. Posnaniæ, feria tertia post festum Paschatis, 1394.

Dogiel, *Codex diplomaticus regni Poloniæ*, t. IV, p. 77.
Henryk xiąże lignicki, biskup kujawski, umarł 1398.

Creslaus hæres de Koscielec, palatinus Cuiaviensis, promittit se semper regi Vladislao et regno Poloniæ fidelem fore, neque eum tam in secundis quam in adversis deserturum. Cracoviæ, feria quinta infra octavas S. Martini, anno 1398.

Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t, I, p. 267.
Krzesław z Kościelca, wojewoda kujawski, 1394, 1401-1408, t. I, p. 272, 281; t. II, p. 342; opuszczony u Niesieckiego.

Vladislaus dux Opoliensis, Vielunensis, Cuiaviensis et Dobrinensis

promittit se affuturum auxilio et consilio duci Alexandro socio suo contra omnes hostes.

WŁADYSŁAW xiąże opolski, o którym kilka razy wyżej. Córka jego Jadwiga wydana za Alexandra Wigunta, xięcia na Kiernowie, rodzonego brata Jagiełły.

LITTERÆ PALATINATUS BRESTENSIS.

Litteræ Premislai ducis Poloniæ super locationem juris teutonici in Gostyn et Brzezie comiti Nicolao filio comitis Przedpełci, palatini Posnaniensis. Anno 1278.

PRZEMYSŁAW ostatni xiąże wielkopolski, urodzony roku 1257, koronowany królem polskim 1295, zabity 1296. PRZEDPEŁKO, wojewoda poznański, 1267. RZYSZCZEWSKI, t. I, p. 90; podany w Niesieckim za zmarłego 1277.

Vladislaus Locticus hæres regni Poloniæ, dux Cracoviensis, Sandomiriensis, Lanciciæ, Siradiæ, Cuiaviæ, Kunkoni civi Cuiaviensi, confirmat emptionem trium cum medio mansorum. Brestiæ, 1317.

Villa Smiłowice in territorio Cuiaviensi, regione Kowaliensi, transfertur a Casimiro rege de jure polonico in jus teutonicum, scultetiaque in eadem villa Tilconi civi Brestensi jure hæreditario sexaginta marcis venditur. Brestiæ, in crastino beatæ Luciæ, 1347.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl.*, t. II, p. 275.

Confirmatio privilegii super scultetiam in villa Płowce. Anno 1375.

Vladislaus Jagiello approbat litteras venerabilis Zaklika aulæ suæ cancellarii, capitanei Cuiaviensis, super emptionem scultetiæ pro octoginta marcis grossorum pragensium in villa Bieganowo. Datum in Radzieiow, dominica Misericordiæ, anno 1401.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 815.

Ejusdem regis consensus consulibus civitatis Radzięioviensis salis minuti vendendi ea tamen conditione, ut lucrum ex inde proveniendum pro melioratione civitatis convertatur. Korczyni, ipso die Decollationis beati Joannis, anno 1404.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl.*, t. I, p. 276.

Litteræ Vladislai regis, quibus Stanislao Sokołowski donat centum

quinquaginta marcas, in eisque villam Boguszyce in districtu Cuiaviensi sitam obligat. Sandomiriæ, post dominicam Invocavit, anno 1411.

Cives Radzieiovienses jurant fidelitatem Vladislao Jagielloni regi Poloniæ, ipso vero mortuo, filio suo Vladislao, et ipso deficiente, Hedvigi filiæ ac Sophiæ reginæ Poloniæ tanquam eorum parenti et tutrici. Datum in Radzieiow, ipso die S. Gregorii et Alberti martyrum, anno 1425.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl.*, t. II, p. 402.

Assecuratio quinquaginta marcarum in villa Czołpino per Vladislaum regem Nicolao de Koszemino. Anno 1425.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl.*, t. II, p. 414.

Joannis de Szczekocin castellani Lublinensis Vladislao regi Poloniæ obligatio. Anno 1429.

Inscriptio mille florenorum hungaricalium in oppido Kowale et villis eo pertinentibus per Vladislaum III regem Poloniæ Petro de Oporow vexillifero Lanciciensi. Petricoviæ, anno 1438.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 868.

Assecuratio centum marcarum per Vladislaum III regem Poloniæ Alberto Słupski facta. Anno 1441.

Inscriptio ad priores summas summæ centum marcarum et duodecim florenorum hungaricalium in villa Czołpino per Vladislaum III regem Nicolao de Koszemino. Datum in castro Posoniensi, 1442.

Vladislaus III rex Poloniæ et Hungariæ Nicolao de Brudzewo familiari suo ducentas marcas super villis Niszczewice et Broniewo inscribit. Anno 1442.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 879.

Idem rex Nicolao de Sciborze, castellano et capitaneo Inovladislaviensi et Bidgostiensi summas quingentorum florenorum hungaricalium, et septingentarum quinquaginta marcarum in exemptionem oppidi Kowal et villæ Smiłowice expositas, item ducentorum sexaginta florenorum hungaricalium pro veste nigra contexta et pellibus zibellinis subducta, item centum florenos hungaricales pro dracone aureo et cruce aurea lapidibus pretiosis adornata super villis Smiłowice et Dobre inscribit. Budæ, anno 1443.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 886.

Inscriptio centum marcarum in bonis Dąb et Dobiegniow per regem Casimirum Andreæ de Kretkow castellano Crusviciensi, 1454.

Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 901.

. Casimirus rex Poloniæ Joanni de Czarnkow, castellano Gnesnensi, obligat teloneum aquaticum in Przepust, et terrestre in Radzieiow inscribit. Posnaniæ, post festum S. Andreæ, anno 1463.

Jan Czarnkowski, herbu Nałęcz, kasztelan gnieźnieński tylko do roku 1460 u Niesieckiego.

Ejusdem litteræ quibus inscribit eidem? trecentas marcas super teloneo depositarii vini. Anno 1464.

Roku 1464 był kasztelanem gnieźnieńskim nie Jan, ale Mikołaj Czarnkowski u tegoż Niesieckiego i Lelewela.

Idem Sandivogio de Czarnkow, castellano Santocensi, centum marcas in teloneo Radzieioviensi inscribit. Thorunii, anno 1466.

Jan Sędziwoj z Czarnkowa, kasztelan santocki u Lelewela 1476-1485, postąpił 1495 na województwo kaliskie.

Inscriptio quinquaginta marcarum super bonis Dąb et Dobiegniow Andreæ de Kretkow, castellano Brestensi. Lanciciæ, 1467.

Adscriptio quinquaginta marcarum in villis Dąb et Dobiegniow per Casimirum regem Andreæ de Kretkow, castellano Brestensi. Petricoviæ, die S. Andreæ apostoli, anno 1469.

Jędrzej z Kretkowa, naprzód kasztelan kruszwicki, potem 1460 brzesko-kujawski. Rzyszczewski, t. II, pars 2, p. 928. U Niesieckiego pod rokiem 1471.

Attestatio Casimiri regis Poloniæ quod Andreas de Oporow, archidiaconus Gnesnensis et capitaneus Crusviciensis, Gasparo de Leszno, succamerario Calissiensi, oppidum Skolsko, nec non villas Złotowo et Sadowice in districtu Crusviciensi sitas in summa quingentorum florenorum prævio consensu regio inscripserit et obligaverit. Anno 1471.

Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 940.

Adscriptio quingentarum marcarum ad priores summas in villis Dąb et Dobiegniow Andreæ de Kretkow, castellano Brestensi, 1474.

Inscriptio summæ centum florenorum in villis Dąb et Dobiegniow per Casimirum regem fratribus de Linczow. Anno 1484.

Joannes Albertus rex Poloniæ Raphaeli de Leszno, castellano Gnesnensi, curiæ suæ mareschalco, mille octingentos florenos hun-

garicales ab eo mutuo acceptos inscribit in oppido Radzieiow et villis ad illud pertinentibus. Cracoviæ, feria secunda post dominicam Reminiscere, anno 1500.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 968.

RAFAŁ LESZCZYŃSKI, naprzód kasztelan gnieźnieński od 1497 do 1500, potem poznański, umarł 1501.

Inscriptio trecentorum florenorum in Radzieiow per Joannem Albertum regem Poloniæ Raphaeli de Leszno, castellano Gnesnensi, curiæ regis mareschalco. Sandomiriæ, die SS. Simonis et Judæ apostolorum, anno 1500.

Alexander rex dat consensum Nicolao de Kretkow villas Dąb et Dobiegniow de manibus Sasini Trąbski summis pecuniariis in litteris originalibus expressis super iisdem bonis inscriptis eximendi. In nova civitate Korczyn, anno 1502.

Idem Gasparo de Leszno, succamerario Calissiensi, et Raphaeli Joannique filiis ejus, summas in oppido Skolsko et villis Złotowo et Sadowice inscriptas conjungit ad summas in Radzieiow assecuratas. Datum in conventione generali Petricoviensi, ante dominicam Oculi, anno 1504.

RZYSZCZEWSKI, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 971.

Ejusdem litteræ quibus Nicolao de Kretkow, palatino Inovladislaviensi, marcas quinquaginta in villis Dąb et Dobiegniow inscribit. In Radom, anno 1505.

MIKOŁAJ KRETKOWSKI, wojewoda inowrocławski 1501, 1505. RZYSZCZEWSKI, t. I, p. 229, 357, później brzesko-kujawski, u Niesieckiego tylko pod rokiem 1512.

Idem Raphaeli de Leszno, Sigismundi ducis Glogoviæ fratris sui secretario, tunc ad se legato, litteras a Joanne Alberto rege antecessore suo, patruo ejusdem Raphaelis datas, sub signeto in defectu sigillorum emanatas approbat, quibus mille octingenti floreni hungaricales in auro in Radzieiow et villis ejus inscribuntur, confirmat, et summam ducentorum florenorum hungaricalium eidem in iisdem bonis Radzieiow adjungit. Lublini, ante Conversionem S. Pauli, anno 1506.

Vincentius Swidwa de Szamotuły, Hieronymus de Bnin et Stanislaus de Tarnow quietant Sigismundum regem de summis omnibus super teloneo Nieszaviensi Catharinæ olim de Szamotuły, consorti Nicolai olim de Koscielec castellani Crusviciensis inscriptis. Cracoviæ, anno 1512.

MIKOŁAJ Z KOŚCIELCA, kasztelan kruszwicki 1496, potem wojewoda brzesko-kujawski od 1501 do 1508.

Consensus Sigismundi regis Mathiæ, episcopo Vladislaviensi, et germano ipsius Adamo de Drzewica, castellano Radomiensi, villas Dąb et Dobiegniow de manibus Nicolai de Kretkow eximendi, 1518.

Maciej Drzewicki, biskup naprzód kujawski od 1513 do 1531, potem arcybiskup gnieźnieński, zmarły 1535.

Consensus ejusdem ab eodem easdem villas eximendi. Anno 1528.

Ejusdem consensus Joanni Turek Łącki vendendi seu obligandi villam Płowce. Anno 1524.

Oneratur item eadem villa Płowce inscriptione mille marcarum per eundem Joannem Łącki. Anno 1526.

Recognitio Mathiæ de Drzewica, episcopi Cuiaviensis, suo et fratris sui nomine, pro summa mille quadringentorum quinque florenorum in villis Dąb et Dobiegniow inscripta, sibi a Nicolao Russocki, castellano Biechoviensi, capitaneo Lanciciensi et Prædecensi, satisfactum esse. Anno 1528.

Assecuratio omnium summarum Joanni de Leszno, castellano Brestensi et capitaneo Radzieioviensi, in capitaneatu Radzieioviensi inscriptarum, idque certis conditionibus in eisdem litteris assecurationis expressis. Cracoviæ, sabbatho ante dominicam Quadragesimæ, anno 1531.

LITTERÆ PALATINATUS INOVLADISLAVIENSIS.

Jacobus præpositus monasterii monialium ordinis Præmonstratensis B. Mariæ Magdalenæ in Płocko cum Grimislava magistra et Felicia subpriorissa et conventu toto promittunt Casimiro duci Cuiaviæ et domino in Gniewkow bona sua Ostrowąs et Dymce sine consensu ipsius ducis nemini resignaturos. Datum in Płock, die dominico Invocavit, anno 1343.

Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 689.
Kazimierz na Gniewkowie xiąże kujawski, syn Ziemomysła na Inowrocławiu.

Litteræ Vladislai ducis Cuiaviæ jam vetustate exesæ super commutationem villarum Cziborze et Złotniki inter Moszczicium, palati-

num Cuiaviensem ejusque filiastros. Datum in castr... vigilia beati Valentini, anno 1362.

Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. I, p. 217.

Władysław Biały, syn Kazimierza na Gniewkowie, ostatni xiążę kujawski, zmarły w stanie zakonnym roku 1398, w Dywionie (Dijon) we Francyi.

Facultas a Vladislao duce Opoliensi et Cuiaviensi textoribus Inovladislaviensibus quosvis pannos in eadem civitate confectos ulnatim incidendi, ac intra limites terræ Vladislaviensis vendendi. Gnesnæ, anno 1380.

Władysław xiążę opolski, syn Bolesława II i Elżbiety córki Karola Roberta, króla węgierskiego, miał sobie nadane Kujawy od wuja swego Ludwika, króla polskiego i węgierskiego.

Idem statuit conditiones quibus et quatenus cives Inovladislavienses immunes esse debeant a censu quadringentarum marcarum quotannis sibi solvendo. Anno 1390.

Rzyszczewski, *Codex dipl.*, t. II, pars 2, p. 781.

